

F M Thiele X. S. 1712.

1. Chrysianus Willrode de Officio Reformato.
2. Joh. Amelius de ex parte eiusdem principalem oblationem
executioenem sicut et digestum.
3. Petri Mukkeri de oblatione oblationis.
4. Chrysianus Thomasius de causis prohibitorum alienarum
frons Tegni.
5. Sam. Grotius de Cautele et abunda rati in batrachis.
6. Petri. Willrode de casibus non debetis.
7. Wiggardus Abrah. Schallmire de obligis officiorum.
8. Christ. Willrode de Conducto et hercario.
9. Sam. Grotius de conditionibus contractuum explicatione.
10. Ad. Beccari de conventione et administratione.
11. Ephorusini Germani de fiducio suo sacerdotalico.
12. Joh. Fr. Storcknecker de potestate electorum et principium
Imperii circumscriptionis publicis suis cognitioe.
13. Pet. Christ. Lycocri de Fidelibus.
14. Christ. Thomasius de fidei alienabili.
15. Sam. Stoye de fidei tractatim Polycie Schmidii.
~~Si confitit officiarum eius?~~
16. Christ. Willrode de fidei communis et familiatur
recolatum et conventionalibus.
17. Joh. Gottlieb de Bergeri de Carolinis Personae factis.
18. Petri Mukkeri de fidei officio clavino lapino.
19. Joh. Amelius Digestus quodcumque fuerit conform.

20. Crisp. Altmanni de filio qui iuste terminum est
Alois etc.
21. Pet. Helmi Hieronymi Brückeri de Renneppe,
totius reipublicae praecipue sculi ac apud
22. Ennioni Gerhardi de Crimine Lenocinie.
23. Pet. Mulleri de Lechtis primi ordinis.
24. Crisp. Joh. Waldeburghi de gladio in sacramentum reue,
vestiam depone do.
25. Crispini Thorelli de Crimine clavis
26. Joh. Stor. Rocilli de contumeliosa correptione
27. Pet. Gallici de Molendinis. "Fons mylini."
28. Crisp. Waldeburghi de negligencia ministri principis
non obligante.
29. Henr. Loope de lura facie.
30. Crisp. Joh. Dolfi de termino percontorio / dictiorio
et molestacionis cambiorum.
31. Pet. Mulleri de Accipitaria.
32. Gherardi Gertrudi de Reticulari refectione.
33. Sam. Proculi de Pocularis et Infectariis.
34. Crisp. Altmanni de Senio crudorum
35. Baldu. Werkeri de puris Vicariis. Iug. i.
36. Crisp. de Monacatu. Iug. ii. Dicq.
37. Sam. Hugk. de Alii forez. Iug. XIIII. Dicq.
38. Joh. Pet. Loope de Inductione Villari
39. Tiedm. Lüschnageri de Cirtatibus Afectionis.
40. Jacob. Haucenici de Authoritate viris civiliis officiis.
41. Joh. Ernst. Vitzthumius. "Institutione batoufing" in
magistrorum magistrorum et sapientium litterarum polygraphy
42. Crisp. Villari librae legimus litteris polygraphy
- Vijne.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JVRIDICA INAVGVRALIS
DE
OFFICIO ACTVARII

Quam
DEO FAVENTE
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO
FICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE JVVENTUTIS
AC DVCATVS ISENACENSIS HEREDE

DN. GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ MONTIVM, AN-
GARIÆ, GVESTPHALIÆQUE &c.
EX DECRETO MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS
IN FLORENTISSIMA SALANA

P R Ä S I D E

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
Dn. CHRISTIANO Wildvogel JC.

CONSILIARIO STATVS SAXO-ISENACENSIS INTIMO,
CVRLÆ PROVINC. ET SCABINATVS NEC NON FA-
CVLTATIS JVRIDICÆ ASSESSORE GRAVISSIMO
VT ET ANTECESSORE CELEBERRIMO


PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores ac privilegia DOCTORALIA
ritè ac legitimè consequendi
ad d. 19. Augus. M. DCC II. Publica Eruditorum disquisitione
submitit

CHRISTOPH. FRIDER. Nessler
Zittâ Lufatus, Advoc.Prov. Lufat, super.
Ordinar.

JENÆ, Typis MULLERIANIS.





PROOEMIVM.



Vx me impulerit causa, ad conscribendam Dissertationem inauguralem de *Actuarii officio*? haud axia mihi reddenda erit ratio. Placuit sacratissimo Imperatori Justiniano, ne cupida legum Juventus, à quā toto legitimo opere perfecto respublica, in partibus ejus illi credendis, gubernari posset, antiquis fabulis detineretur, sed ei potissimum incumberet, quod in ipsis rerum obtinet argumentis. *proæm. Inst. conf. l. 8. C. de bon. que lib. l. 25. ff. de lib. leg. l. 6. §. 4. ff. de precar.* Neque sic immerito exagitat Finckelthusius in *præfat.* suarum observationum practicarum ineptam, illorum curiositatem dicam, an subtilitatem, qui rarioribus divexantur questionibus, veluti: An gallina natura fuerit prior ovō, an contra? An resurgens à mortuis testamentum ante conditum rumpat? & quæ sunt alia ejusdem furfuris cimelia! Quid igitur me magis deceret, qui ultra septennium practicis invigilavi studiis? quam ut in utroque specimine inaugrali, *lectiōne putā cursoriā*, ceu vocant, & *dissertatione graduali*, themata feligerem in foro usitata. Turpe enim habetur causas oranti, jus, in quō versatur, ignorare. *rel. 2. §. 34. C. ff. de O. J. Quemadmodum veroibi placuit, occasione legis 3. C. de appellat. & consultat sermonem facere de frequentissima *attentatorum* materiā; ita hic *Actuarii officium* examinare, atque ea, quæ sparsim à processuum commentatoribus traduntur, certadi sponere.*

sponere methodō, tanto magis operæ pretium duxī,
quod mihi met ipsi actuarii munus aliquando incu-
buisse meminerim. Evidem obvertis! hoc thema
inter materias juris raras & singulares, quæ Candita-
tum decent, ab aliis non esse numeratas; præsertim
in catalogo illarum, quæ vel à nemine hactenus, vel
non ex professo sive pertractatae; cum prostet hujus
thematis dissertatio jam olim Wittebergæ sub præsi-
dio Straußianæ habita. Verum enim verò conser, quæ-
so, laudatam dissertationem cum nostræ, & judica,
num crantibz bis cocta tibi reponatur. Quicquid ta-
men sit operæ nostræ, edendum sane erat specimen,
judicio tuo, Lector honoratissime, sive equum illud
fuerit, sive iniquum, liberrime relinquendam. Adsit
Jehova conatus!

BS (155)



In Nomine Jesu!

DISSERTATIO IN AVGVRALIS.

DE

OFFICIO ACTVARII.

CAP. I.

De

Actuariis in Genere.

Thes. I.

ACTVARII nomen, satis latinum, vid. Schilter. *Diff. de Secret. &c. 2.* quod legimus quoque in L. 5. & 10. C. de erog. mil. annon. Rubr. & l. 6. 7. C. de Numerar. actuari. &c. ab actis naturales suos deducere, ex l. 33. §. 1 ff. ex quib. caus. maj. colligimus; quasi dicas actorum custodem, vid. Gothofred. ad d. l. 5. C de erog. mil. ann. vel actorum Scriptorem, Pratai Lexic. voc. actu-

A

arius.



33 (2)

rius. conf. Dn. Schilter d.l. Acta verò ab agendo,
quod scil. comprehendant ea , quæ coram judice
aguntur, derivari, Grammatica vocis ratiō ostendit.
Sicuti eundem & Notarium à Notis appellari ex eā
dem l. 33. constat, quia notis olim excipere solebant
acta judicium, cum aliter non possent loquen-
tis celeritatem manu adsequi. vid. Gothofred. ad
d. l. 33. lt. d. Blum. proc. Cam. tit. 13. n. 1. conf. l. 40. de
Testam. milit. l. 44. §. Sejo. ff. de fidicem. libert. l. 1. §. 6. ff. de
extraord. Cognit. l. n. C. qui pot. in pign. Et dicitur quo-
que aliás in LL. Rom. CANCELLARIVS. l. 3. 5. 8. C. de
assessor. &c. vid. Gothofred. ad d. l. 8. lit. 7. EXCEPTOR.
l. ult. C. de Castrenian. Boicer. cl. 6. Disp. 3. n. 60. nec non
Judicij TABELLARIVS seu TABVLARIVS. TABEL-
LIO. l. 9. §. 4. ff. de pan. SECRETARIVS. Vultej. Jpr.
l. 2. c. 1. n. 49. Rennem. Jpr. R.G.m. 4.D. 4.t. 44. PRO-
TONOTARIVS, quasi der fürnehmste oder oberste
Schreiber. Blum. d. tit. 13. n. 2. quod nominis quidem
potissimum Actuaris Camerae imperialis, vid. Blum.
process. Cam. d. tit. 13. ut & Curiarum Provincialium.
vid. ordinat. Tribun. Wismar. p. 1. t. 6. §. 1. 2. & tit. 9.
§. 2. Ordin. Cur. Lips. & Witteb. Rubr. von den Schrei-
bern. Resol. Grav. Elec. Sax. de Anno 1661. Tit. von Justi-
tien-Sachsen §. 31. Ord. Cur. prov. Sax. Jen. c. 7. tribui so-
let. MAGISTER ACTORVM vocatur apud Maran-
tam Spec. aur. p. 6. tit. actorum editio. n. 22. 24. &c. Eum
etiam SERVVM PVBLICVM dici putat Rosbach.
proc. civ. tit. 8. n. 1. non quod sit Servus (ein jedermanns
Slave,) sed quod publicum exerceat officium. Ger-
manice dicitur Gerichts-Secretarius, Stadt-Schreib-
er.

ber/Gerichts. Schreiber. Churfl. Sächsl. Procesz-Diss.
tit. 2. Rennem. d. l. lit. c. Conf. Martin. Com. ad ord. jud.
Sax. tit. 2. §. 2. n. 4. Philipp. ad Dec. Elect. Sax. 38. obs. 2.
n. 4. Carpz. Proc. tit. 2. art. 4. n. 40.

Thes. II.

Describitur Actuarius ap. Rosbach. c. l. breviter
ita: *Actuarius est scriba publicus, qui acta Judicij
conscriptis & recitat.* Ap. Vulcetum Ipr. d. l. hoc mo-
do: Tabelliones sunt Scribæ, his que in judicio pro-
ponuntur scribendis & dirigendis præpositi. Plenior
verbis, sed angustior sensu & definitio, quam tra-
dit Rennemannus c. l. Actuarii sunt Scribæ judicij,
ad omnia quæ in litigantium controversia judiciali-
ter proferuntur, cum debit is circumstantiis justo or-
dine conscribenda, & in archiv o ad usum partium
originaliter conservanda, cum præstito fidelitatis ju-
ramento destinati. Non enim restringendum erat
officium Actuarii ad actus contentiosæ Jurisdictionis,
cum illud etiam in actibus voluntariae jurisdictionis
& extra locum judicij expediendis, v. c. in Testa-
mentis conficiendis, sese exerat. Deinde juramen-
tum ab ipso præstitum, quod Dicasticum est, vid.
Lauterb. Tr. Synopt. de jurejur. §. 2. n. 46. non adeo apte
dicitur fidelitatis juramentum; quippe quod pro-
prium est Vasallagii. vid. Lauterb. d. l. n. 47. Neque
magis adæquata est suo Definitio ea, quam ibid. lit. C.
substituit: *sunt Scribæ, omnibus judicij actibus fide-
liter & ordine, cum personarum loci & temporis
mentione, describendis, à judice præpositi.* Præ-
renda igitur esse videtur descriptio, quam tradit

Valerias; ubi per differentiam (modo verba: *in iudicio*, non restringas ad locum iudicij, sed intelligas de personis judicialibus) Actarius à coeteris Scribis, (quales sunt die Unterschreiber/vid. Churf. Sachsisch. Appell. ord. Christian. II. rub. von dem Unterschreiber. Nachschreiber / Cancellisten / Copisten &c. & in Camera Imperii Notarii, Ingrossistæ &c. vid. Blum proc. cam. tit. 14. seq.) satis discernitur voce dirigendis, vid. Ord. Sax. tit. 2. ibi: der den Proces und andere fürsälende Gerichts. Sachen tegatlier dirigiren könne. Ord. Jud. Prov. Jenens. cap. 7. ibi: andere und vertraute Schreiber brauchene Distinctiones Actuariorum pro diversitate iudiciorum ceteratumque causarum variaz sunt, quod ex sequentibus pagebit. conf. Schilter. Dissert. de Secret. c. 3. h. 3. id est modus iudiciorum ratione diversitate.

Actiaris vero constitutionem pariter ex jure communi, eoque tum Cæsareo antiquo, Justinianeò pura, per text. supr. tb. 1. cit. add. Nov. 73. c. 5. Nov. 82. pr. & recentiori, veluti Ord. Cam. P. 1. tit. 26. 28. 29. § 9. § 72. Ord. Crim. art. 1. Rec. Imp. de ab. 1570. & dicit aber 68. Recess. Deput. Spirens. de anno 1600. §. diweil aber ist tum pontificio seu canonico. c. quoniam n. vers. statutipus X. de probat. c. statutum. n. §. notarium. de Rescript. in q. quam ex jure particulari & iudiciorum seu processuum ordinationibus aliquaque constitutionibus, quemam nos veneramus Ordinat. Process. Elect. Sax. tit. 2. Resol. gravam. tit. von Justizien Sachen §. 32. Dec. Elect. noviss. 38. 39. 45. & in hilce. provinciis Ord. Jud. Saxo. Gothan. p. 4. c. 11. § 12. & sim. tanquam ex causa effic. remota deducimus. Pro- pin.

AS (5) SE

pinqua est Judex cuiuslibet judicij, cui per cit. c. II. X.
de Probat. ut & R. J. de anno 1570. §. damit aber 68. Rec.
Deput. Spir. de anno 1600 §. dieweil aber. injungitur, ut
idoneum adhuc beat Actuarium, ita ut Principes & Sta-
tus Imperii in Cancellariis suis opus habeant. Secre-
tariis, per dd. constit. Imp. conf. Martin. Comment. ad
ord. jud. Sax. tit. 2. §. 1. n. 30. Neque hinc aliena est Con-
stit. Elect. Saxon. Joh. Georg. III. de anno 1691. §. 2. verf.
Sollen insonderheit iedes Orts Gerichts - Herrn dahin
bedacht seyn / wie sie die ihnen anvertraute Gerichte
nicht allein mit gnugsam geschickten und gelehrten/ son-
dern auch zugleich redlichen und gewisschaffsten Per-
sonen bestellen. Hinc officium Actuarii adeo ne-
cessarium esse putat Brunnem. de Proc. Civ. c. I. n. 80.
ut sine eo judicium nullitate laboret, & executio
propter hunc defectum impediatur. Philipp. ad Ord.
Proc. Sax. tit. 2. confid. 2. n. 16. 17 Martini ibid. §. 2. n. 9. Pro-
inde juxta Carpzov. Proces. tit. 2. art. 4. n. 62. seq. etiam
Commissarii ad expediendas suas Commissiones de
necessitate indigent Notario seu Actuario Judicij; ut
cunque contrarium quotidiana praxi receptum vide-
atur. Martin. ad tit. 2. Ord. jud. Sax. §. 2. n. 14. dum à Com-
missariis, absque interventu Notarii aut Actuarii, alio
forstani eorum amanuensi citationem emittente a.
Et aquae consignante, litigia componantur. Carpz. d. I.
conf. Schyvendendorff. Proc. Fibig. part. I. c. 2. m. 3. §. 2.
reg. 3. n. 61. p. m. 93. ubi saltem requirit, ut juramento ob-
strictus sit, qui citationes emittit, & acta consignat.
Ceterum licet actuarius totus à judge pendeat. Brun-
nem. ad Wesenb. tit. de fid. instrum. qu. 14. Nec tamen

A 3

ubi.

§ (6) 5^o

ubique speciale judicis mandatum requiritur ad officium ejus expediendum, sed sufficit eum generaliter deputatum esse ad ea, quæ ordinariè occurrunt in iudicio. Berlich. P. 1. concl. 8. n. 22. seq. Secus est in iis quæ extra ordinem occurrunt. Martini. d. 1. n. 89.

Thes. IV.

In his autem eligendis tanto exactior & major cura adhiberi debet, cum in plerisque judiciis inferioribus usu & diuturna observantiâ invaluerit, ut Syndicorum, quorum humeris quandoque totum incumbit judicium, vices etiam Actuariorum sustineant, ut eruditio & dexteritas eorum probata sit, priusquam ad functionem istam admittantur, neque ex ipsis ratione illegalitate, imperitiâ vel negligentia quidquam damni litigantibus vel ipsiusmet etiam judicio eveniat, l. 14. §. legum. C. de jud. Nov. 60. in f. Carpzov. Proc. tit. 2. art. 3. n. 45. & part. 3. Desif. 201. n. 12. Non enim absque ratione cum Hippo de Marsil. rubr. de fidei juss. n. 39. M. Ant. de Amat. Dec. 29. & 30. Vinc. Carroc. Dec. 22. n. 1. & 2. conqueritur Carpzovius p. 1. c. 2. d. 20. quod non solum Fratres ignorantia, sed & malitiosi sapè sint Notarii: Inter eos enim reperitur unus doctus & expertus Notarius, reperi viiginati quinque indoctos, nullam habentes juris notitiam Conf. Brunnum. Proc. inq. c. 3. n. 57. Interim Princeps presumitur dignas & idoneas personas in suis iudicis elegisse, vid. Berl. 1. concl. 8. n. 2. 3. Ut igitur idoneus habeatur actuariorum, consideranda est ipsius tum dexteritas, tum probitas, nempe ut sint personæ honestæ, nec non doctrinis & experientiis probatae.

35 (7) 36

batæ ornatæque legalitate, tam communij quam
provinciali. arg. c. statutus. Diff. 6t. l. 14. pr. inf. Cade
judic. Nov. 60. c. 2. in f. Ruland. de Commis. p. 1. h. t. c. 23. n. 4.
vid. Nov. 82. in pr. ibi: nisi potuerint per se nosse, quid ju-
stum est, sed aliunde emendicare judicandi honestatem.
Quo collimant omnes ferè judiciorum ordinaciones.
vid. Reform. Cam. Spir. de anno 1531. §. weiter ordnen
wir 43. Ord. Camp. p. 1. t. 26. §. nach dem vers. Eine erbare/
fleissige/ verständige/ gelehrtre / geschickte und geübte
Person. & vers. dergleichen sechs redliche Personen
Deren Protonotarien angenommen werden. Ord. Crim.
art. 1. vers. daß alle. ibi: von frommen/ erbaren/ ver-
ständigen und erfahrenen Personen/ so tugendlichst und
best dieselben. nach Gelegenheit jedes Orts zu bekom-
men seyn. It. Ord. jud. Sax. tit. 2. ibi: der den Proces und
andere vorfallende Gerichts-Sachen legaliter dirigent
können. add. Res. grav. tit. von Justitiæ Sachen §. 32.
Dee. Elect. Sax. 38. Ord. jud. Saxon. part. 4. c. 12.
& in genere fere Secretariorum requisita hue perti-
nent, de quibus vid. Schilter. Diff. de Secret. c. 4.

Thef. V.

Utrum vero Actuarius judicij debeat simul esse
Notarius publicus Cæsareus? Vexata est inter Docto-
res quaestio, atque de jure communi æque ac deju-
re Saxon. non conveniunt Doctorum opiniones. De
jure communi Negativam defendit Brunnen. Repe-
tit. Parasit. Wefenb. tit. de fid. instrum. qv. ii. atque
jusdem sententia esse videtur Maranta Spec. aur. part.
6. rubr. actio. editio. n. 22. vers. secus effet de jure commu-
ni. ap. Berlich. p. 1. concl. s. n. 16. it. Carpz. p. 3. Dec. 201.

n. 14.

IV. 2



¶ (8) ¶

n. 14. ita ne quidem criminalibus , in Ord. Crimi.
art. 1. talē requiri, putat Martin. Comment. ad ord. jud.
Sax. t. 2. §. 2. n. 23. & Schwend. proc. Fibig. p. 1. c. 2. m. 3. §. 2.
reg. 2. p. 16. 93. Pro affirmativa verō militan Petr. Gregor.
Tholosan. Syntag. jur. univ. L. 47. c. 42. n. 1. seqq. Mynsing.
ad c. 11. X. de probat n. 28 seq. Berl. d. concl. 8. n. 16. Philipp.
ad Ord. Proc. Sax. tit. 2. conf. 6. n. 2. De Jure
Saxon. affirmativam latē propugnat Carpz. p. 3. Dec. 201.
& ita tit. 2. Ord. jud. Sax. communiter intelligunt Ber-
lich. d. concl. 8. n. 15. seq. Ziegler. ad dicit. 2. Philipp.
ibid. Confid. 6. Quā quidem opinio probata est di-
serre in Ordinat. jud. Sax. Gotbar. p. 4. c. 12. §. 1. verb.
sollein Notarius publicus seyn. Verū non adeo pro-
misouē accipiendum esse textum d. tit. 2. ord. proc. ipse
Serēnissimus legislator Saxo per interpretationem.
authenticam ostendit, quando in Dects. Elec. novis 38.
distinguit inter causas civiles, ubi sufficit actuarius
simplex, modo sit juratus, & inter causas crimina-
les, ubi si Actuarius non fuerit Notarius publicus
Cæsareus, requiritur, ut adjungatur eidem aliis
Notarius publicus Cæsareus. add. Resol. Grav. Elec. tit.
von Justirien Sachen §. 32. verf. ingleichen sollen in allen
Aemttern und Städten geschickte und fleißige Actuarii,
wenn sie gleich keine Notarii seyn / angenommen wer-
den. conf. Philipp. ad d. Dec. 38. obs. 2. abr. præjud. In
eo autem consentiunt omnes, quod Actuarius de-
bet esse juratus. Berlich. d. concl. 8. n. 18. Martin. ad d.
tit. 2. §. 2. n. 42. seqq. Philipp. ibid. conf. 4. vid. Perillustr.
Dn. de Lyncker. Dac. 163.

§. VI.

Deinde non minus disquiritur, an ille, qui alio officio jam fungitur, simul Actuarii munus suscipe-re possit? v. c. an officialis, seu ipse iudex simul et iam Actuarii officium sustinere possit? Evidem plu-ribus simul officiis, sibi invicem non repugnantibus, unum praesesse posse, pluribus deducit Carpz.
 2. Dec. 194. Num vero judicis officium & Actuarii sit incompatibile? de eo controvertitur. In actibus sanc-tuariis voluntarie jurisdictionis, plerique consentiunt, du-plici munere eundem defungi posse. vid. Guid. Papx Decis. 564. Gail. 1. Obs. 44. n. u. Berlich. 1. concl. 8. n. 54. Sed in contentioſa jurisdictione regulam nega-tive communiter concipiunt, vid. Schwendend. proc. Fibig. p. m. 92. seq. Gail. & Pap. dd. II. & plur. ap. Berl. d. I. n. 48. ubi n. 49. ampliat, etiam si judeſx fuerit No-tarius publicus, & n. 50. seqq. limitat in causis brevio-ribus seu modicis, aut si consiveduto vel statutum hoc concedat, aut si scripta non fiant in forma judicij, ut sunt literæ Testimoniales. conf. Bursat. Conf. 396. Phi-lipp. ad Ord. Process. Sax. tit. 2. consid. 3. n. 2. seqq. Verum hisce non attentis, pro affirmativa, quod scil. judi-cis & actuarii officium amice invicem conspirare possit, non solum exemplis & observantia, sed ra-tionibus quoque comprobant Philipp. d. I. n. 5. seqq. Martin. ad ord. jud. tit. 2. n. 102. Non abstat Decis. Elec. nov. 39. Nam alia est quæſtio, an iudeſx qua talis pos-sit expedire illa, quæ concernunt officium Actuarii? quæ differt ab hac quæſtione: An iudeſx simul consti-tui

55 (10) 56

tui possit Actuarius, ita ut duplici juramento obstrin-
gatur?

Thes. VII.

Hoc vero dubio caret, quod Judex plures quo-
que, si opus sit, Notarios sibi ad acta scribenda afflu-
mtere possit, c. statuum. §. notarium vel notarios. c.
quoniam. de usur. in 6. & c. quoniam. X. de probat.
Rosbach. proc. civ. tit. 8. n. 2. An autem ex adverbo
una persona plurimum Judiciorum Actuarius esse pos-
sit? Quo in qua quæstione ante omnia præsupponen-
dum erit, quod plura ista Jædicia ita comparata sint,
ut propter expeditiones non adeo frequentes cum-
etis quis paratus esse possit. Hoc supposito, distin-
givimus inter judicia compatibilia seu disparata, ubi
quæstionem affirmare non dubitaverim, per ea quæ
tradit Carpz. sub. cit. Dekif. 194. quod observantia fori
comprobat, daß einer 2. 3. und mehr Gerichts-Be-
stallungen auf sich hat; & inter judicia contraria vel
subalterna, quorum unius interesse præjudicat alteri,
ubi accedimus opinioni negativa. Quam in rem in
Electoratu Saxoniæ speciale Mandatum ad Præfectum
M. emissum esse memini, hujus tenoris:

Fridrich Augustus / König
und Thür. Fürst 16.

Wieber getreuer. Dennoch wir nicht sonder Be-
stremung wahrnehmen müssen / ob solten theils
Unsere Amt-Leute und Schöffer einige Gerichts-Be-
stallung bey Unsern Kasallen von Schrift- und Ambts-
Gaff-

Se (u) Se

Sassen aufhaben/ und dero Gerichte mit verschen/theils
auh solches ihren Actuaris zu thun/ zulassen. Wie
aber ihnen dergleichen/ in dem es wieder ihre Pflicht/
Unser eigen Interesse; auch zu allerley ungleichen Ver-
dacht anlas geben/ und schädliche consequentien veruh-
sachen kan/ ferner zuversetzen nicht gemeinet. Als bez-
gehren wir hiermit/ du wollest/ wenn du dergleichen
auf dir hättest/ solche dem Gericht Herrn/ von welchen
du Sie überkommen/ also fort/ mit copylicher Zusen-
dung dieser Unserer Resolution/ aussagen/ und deshalb/ wie
du es gethan/ gebührenden Schein einsenden/ auch
dich solcher Beschlüssung weiter nicht anmassen/ nicht we-
niger deinem Actuario wenn er damit gleichfaßt belegt/
dieselbe ebenmäßig ungesäumt aufzugeben/ nachdrück-
lich andeuten. Daran geschichtet Unsere Meynung. Da-
tum Dresden am 10. Jan. Anno 1696. Et 10 Menses
Et in signili : Burg mehre habs 3. mabs hoc in
Hirnechst Kr. / daß er Unsern untern 10.
Jan. Anno 1696. ergangenem General. Befehle gemäß/ al-
ler und iedur Gerichts-Bestallungen sich enthalten/ auf-
erlegen. Wochten wir dir nicht bergen/ und geschicht
daran Unsei Meynung/ Dat: Dresden am 14. May. anno
1698.

Thes. VIII.

Duplicen functionem in una eademque perso-
na concurrere, duplicemque respectum ab ea repre-
sentari posse, ex l. 3. ff. de adopt. & hac tenus dictis ap-
paret, modo non repugnat invicem. Quid vero de
Clericis dicendum? Num & in Actuarii judicialis offi-
cium sustinere poterunt? Impedimento esse videtur

t. t. *decretal. ne clericis negotiis secularibus se immisceant.*
Id quod etiam in nostris ecclesiis observari, quod Clerici non possunt esse notarii, procuratores aut actuarii, tradit Link. *Comment. ad. Decret. L. 3. tit 50. §. 2. p. m. 610.*
conf. Carpz. lib. 1. Def. Eccl. 63. seq. Quemadmodum etiam ab *advocando & patrocinando clericus, Ludimodatores, Custodes & auditio abstinere debere, docet Carpz. d. l. Def. 89.* *Quia tamen Custos sive auditio non est Clericus proprius sic dictus, neque functio actuarii, qua per se honesta est, scandalum praebere vel cuiquam prajudicio esse potest, quin & munus illud ministratorum saltem est in judicio, a quo cognitio negotiorum forensium non dependet: ideo Actuarii vices una gerere posse auditum in judicio pagano;* asserit Carpz. d. l. def. 88. Imo etiam Pastores rurales & Praeceptores Actuarii munus expedire posse, sicuti alii non adsint, & auditui eadem praestare nequeant? *etum Brunnenm. l. 1. Jur. Eccl. c. 6. m. 10. §. 8. seq. ibique Dn. Stryk. add. affirmit Link. ad. Decretal. l. 1. t. 37. circ. fin.* *Quod reliquum est, impuberes, furiosos, foeminas, infames, & in summa omnes, qui non possunt esse testes, muneri actuariorum adhiberi non posse, ex vulgatis notum est. vid. Strauss. Disp. de Actuar. §. 9. seqq.*

Thes. IX.

Objectum Actuarii in genere sunt negotia seu acta judicialia, eaque tum voluntaria, tum contentiose jurisdictionis, & vel civilia, vel criminalia; vid. Martin. *ad ord. jud. tit. 2. §. 3. n. 7. seq.* In quibus cum varie se exerat Actuariorum expeditio, id est tractatio ejus specia-

speciatim inferius atque distincte exhibebitur. Nam sicuti ipsa Judicia sunt diversa, ita Actuariorum munera etiam discrepant, veluti alii sunt Actuarii judicij ecclesiastici, *Confessorial Secretarien* / alii judicij secularis, v. c. Regierungs oder *Cancley Secretarien* / *Lehn-Secretarien* &c.

Thes. X.

Juratum esse oportet Actuarium, ceu notavimus
supr. Tb. V. in fin. Forma igitur *confiituendi* Actuarium
 consistit in juramenti præstatione, damit er in Pflicht
 genommen wird. Id quod non solum Constitutiones
 Imperii, veluti *Ord. Cam. zu Worms. de anno 1495. §. 26. vers. und andere Personen / Recess. Imp. Spir. 1544. §. 9o* viel das Recht 92. vers. auch alle andere Personen.
Ord. Cam. p. 1. tit. 26. §. und sollen 5. tit. 59. & 79. &c.
 Sed & plerorumque judiciorum ordinaciones requiriunt. vid. *Ord. Cur. prov. Lips. de anno 1549. rubr. Eyd des Gerichts. Schreibers. & Rubr. von den Notarien des Gerichts. Ord. Cur. prov. Jenens. c. 7. & 8. &c. nec minus Ord. jud. Sax. tit. 2. rircfin. vers. wollen wir Resol. Gray. de anno 1661. tit. von Justitiis Sachen §. 32. vers. und wenn selbiger zu den Gerichten vereydet & Dec. 39. in fin. Canslit. Elec. noviss. de anno 1691. §. 2. vers. ihen geleisteten Pflichten. & sim. neque non sine justa ratione ita constitutum est, ad refrenandos sc. pravos effectus ejusmodi hominum.*
 vid. *Carpzov. p. 1. c. 2. d. 20. & p. 3. Dec. 201. n. 30. seqq. Philipp. ad ord. Proc. Sax. tit. 2. confia 5.* Atque hoc etiam procedit in Notariis adjunctis, ut sc. nec illi ad actum judiciale expedientum admittantur, quam si actis juramento adstringantur. vid. *d. Ord. Sax. tit. 2. §. f. vers. wie*

BII 3

B 3

auch

auch zu dem Procesſen. Dec. Elect. 38. in fin. vers oder der
ad hunc Actum requirirte Notarius &c. cuius formam
talem exhibet Martin. ad tit. 2. §. 2. n. 45.

Ich N. N. schwere / daß ich in Sachen N. Klägern
eines / N. beflagten andern Theils belangende / darz-
innen ich von denen Stadtgerichten zu N. zum Notario
cause requireret / fleißig und aufrichtig registriren / die
Urkunden / da derer von denen Partheyen eingege-
ben werden / treulich ad Acta bringen / ohne des Herrn
Stadt-Richters vorbewußt keine abschrift geben / in
rechtlichen verſehen und Nachschreiben / so wohl Ver-
höre der Zeugen / wie auch sonst in ganzen Procesſ
mich treu und fleißig erzeigen / und die Acta richtig
halten will / innassen einen ehlichen Notario eignet
und gebühret / so wahr mir Gott helfe und sein
heiliges Wort und Evangelium !

Formulas juramenti Protonotariorum aliorumque
ordinariorum actuacionum exponunt Ord. Cam. p. 13.
59. Ord. Crim. tit. Schreibers Eyd. Ord. Cur. Prov. Lips.
de anno 1549. rubr. Eyd des Gerichtschreibers und seines
Unterschreibers Ord. cur. prov. Witteb. de anno 1550. rubr.
Eyd des Schreibers. Ord. Cur. prov. Jenens. 8. Ord. Cur.
pomer. de anno 1566. tit. 18. & 19. Ord. cancel. Hallberst. p. 1.
c. 14. Ord. Trib. Wismar. p. 1. tit. 19. rubr. Protonotarii wie
auch Secretarii Eyd. &c.

Theſ. XI.

Atque ut omnis malitia procul sit suspicio, ju-
ſit Serenissimus Elector Saxo, eos jurare in praesentia
& conspectu subditorum d. tit. 2. Ord. jud. §. ult. xers. in
beyseyn der Unterthanen. Non modo, ut subditi indu-
bita-

bitatam actuariis tribuant fidem, sed & ut ipsis subditis actuarii hoc modo quasi obligentur, ceu notat Philipp. add. tit. 2. confid. 4. n. 4. Carpz. d. Dec. 201. n. 3. Id quod in tantum procedit, ut licet actuarius iurasset, non tamen praesentibus subditis, actus judiciales ab eo gesti pro nullis habeantur, Philipp. dd. quod uberior deducit Martini in Comment. ad tit. 2. n. 48. seqq. Quid si vero Actuarius ejusmodi acta juramento suo supplere, ac in praesentia subditorum confirmare velit? In puncto juris videbantur quidem illa sic ratificari non posse perl. 29. l. 17. 8. ff. de R. J. 1. 201. eod. 1. 18. de R. I. in 6. l. 1. & t. t. de Reg. cat. &c. Contrarium tamen non sine rationibus defendunt Practici vid. Philipp. d. l. confid. 5. Martini d. l. n. 55. seqq. Unde Jcti Lipsiensis in causa, qua quidam Praefectus jureatus protocollum subscrips- erat nihilominus pronunciarunt: derowegen vor allen Dingen der Notarius so die Acta gehalten / hierzu billig vereydef wird / er auch gie diesfalls von ihm bescheinene Registraturen / vermittelst Eydes zu bestärken. &c. cap. Dn. de Lynker. p. 1. Decis. 136. Sed ea quidem, qua de praesentia subditorum dicta sunt, potissimum concernunt judicia Nobilium in pagis. Vid. Born. ad. Unius. Jud. Disp. 1. tb. 14. lit. B. Nam de jure communi in Camera Imp. aliquique judiciis superioribus Notarii & Protonotarii in praesentia Praefidis & Assessorum jurant. Ord. cam. p. 1. t. 26. §. 5. & 59. Id quod etiam de supremis judicibus Saxoniceis, ut & quod in plerisque civitatibus etiam in Saxonia sufficiat, si vel in consensu Senatus, vel coram judge & Scabinis juramentum fuerit praestitum, testatur Martini d. l. n. 62. seq. ubi etiam n. 64. monet, quod

¶ (16) ¶
quod sufficiat, initio assumti judicij hoc iurandum
præstitutum fuisse, neque in singulis causis iterari de-
bet.

Theſ. XII.

Forma *conſtituti* Actuarii in eo conſiſtit, quod
ipſe ſit perſona judicij minus principalis, adiutans ju-
dici. Per illuſtr. Dn. de Lynker. *comment. ff. tit. de judic.* §.
13. & adiunctor in judicio. Welenb. *paratit. ff. d. ju-*
dic. n. 9. ibique Habs. Ita ut Juſdex negotio *autoritatem*,
Actuarius *fideſem conciliat* illuſtr. Dn. Stryk. *in Not. ad*
Lauterb. tit. de donat. noꝝ. actuarius p. m. 860. Qvamvis
autem & ipſe pro perſona publica habeatur. Covarruy.
præt. queſt. c. 19. n. 4. Finkelthul. Obs. 63. n. Berlich. d. Dec.
85. n. 3. & 8. Carpz. p. 3. c. d. 32. inf. Regulariter tamen
inter Scabinos non connumeratur, nec proprie nomine
der Gerichts-Personen / venit. l. 15. C de Decurion. ibique
Bald. n. 4. Dn. de Lynker. d. 1 Berlich. d. Dec. 85. Carpz.
p. 3. c. 3. d. 18. Decif. Eleſt. Sax. 73. ibique Philipp. Obs. 1. n. n.
quippe quod Actuarii officium a munere Scabinorum
penitus ſit diſtinguit & ſeparatum: horum enim
munus eſt, magiſtratu in consiliis & jurisdictione
adſidere. l. ult. ff. de offic. Adſeffor. M. Welenb parat. d.t.
Sed Notarii officium conſiſtit in perſcribendis & di-
ri-
gendiſ actis. Honthem. de art. Notariat. lib. 1. c. 11. n. 19.
Quod tamen limitandum eſt, ſi Dominus jurisdictionis
ipſi exercitium jurisdictionis plenarium ſpeciali
mandato commiſſerit, d. Dec. Eleſt. 73. verſ. es wāre
dann. Quale quid plerumque contingit hey denen
Gerichtshaltern oder Gerichtsverwaltern.

Theſ.

§§ (17) §§
Thes. XIII.

Effectus Actuarii exerit se in variis expeditionibus actuum judicialium , sive isti actus in loco judicij , sive extra judicium , in terminis habilibus , suscipiantur ; de quibus itidem in specie pluribus agemus infra . Hic tamen in genere non nihil de officio & fide , quam ipse juxta thes. preced. actis conciliare debet , dicendum erit . Officium in eo potissimum consistit , ut dicta auctave judicij diligenter & bona fide excipiat & conscribat , & omnia ordine , loco & tempore , quo peraguntur , diligenter notet . Rosbach. proc. Civ. tit. §. n. 3. Berlich. 1. concil. 8. n. 21. Et quidem eadem cura & fidelitate , qua res a judice vel a partibus proponitur . vid. omnino Martini ad Ord. proc. Sax. tit. 2. §. 2. n. 66. seqq. usque ad n. 89. Nec tamen ubique ad hoc officium exercendum requiritur speciale mandatum judicis . vid. supr. tb. 3. fin. Illud tamen queritur : An registratur actuarii fidem mereantur , si is quid citra praesentiam judicis vel Scabinorum ad acta consignaverit ? Videtur quod non , per text. Ord. Proces. Sax. tit. 2. §. also versehen wir Uns / ibi : und durch ihn iedesmahl in beseyn der Gerichts-Persohnen / den Aeffen und Gerichts-Buehern dasjenige einverleiben / registriren und schreiben lassen ic . adeo ut quandoque in majorem fidem illi Assessores subscribere soleant iis , quæ ab Actuario notata sunt . Ziegler. Com. ad. Ord. Proc. jud. Sax. d. I. Martini ad cand. tit. 2. §. 2. n. 73. Id quod præprimis in causis criminalibus , quando responsio inquisiti , vel depositio testium , ad acta consignanda est , exigit Ord. jud. Saxon. Gothan. p. 3. c. 6. §. 5. verf. es sollen auch die sämtl. Personen /

Et c. 7. §. 6. vers. was er darauf antwortet / & §. 5. vers.
 von dem / welcher den geinlichen Procesß dirigiret. ic. Hinc
 etiam simpliciter præsentiam judicis vel assessorum
 exigere videtur c. quoniam u. X. de probat. & Brunnem.
 de Proces. Civil. c. 1. n. 81. Martin. d. l. n. 90. Pacian. de pro-
 bat. lib. 1. c. 65. n. 42. Berlich. 1. concl. 8. n. 24. Verum enim
 vero haec non ita generaliter de omnibus, quæ circa Pro-
 cessum dirigendum contingunt, sed solum de iis, quæ
 causam principalem & ipsis merita concernunt, in-
 telligenda esse, eleganter docent J. C. Jenenses ap. Per-
 illustr. Dr. de Lynker. p. 3. Decis. 1063. ibi : die Procesß-
 Ordnung auch / an besagten Orth / nicht von einiger
 Vernichtung derer / ohne der Scabinorum beysehn / Pro-
 tocol gebrachter Registraturen / etwas meldet. Und außer
 Zweifel solche von denen Actibus, so zur Haupt-Sache
 und Processe selbst gehören ; nicht aber von demjenigen
 zu verstehen / welches circa Processum ieszuweilen vorsäß-
 let. arg. verb. Was sich nach Gelegenheit des Negotii
 und Processus eignet und gebühret. Sonstens auch kein
 præsentatum aufgeschrieben / und keine Citation oder an-
 dere dergleichen Ausfertigung / ohne Beptritt und Unter-
 zeichnung der Gerichts Personen / vorgenommen werden
 könnte ; welches doch den üblichen Gerichts-Gebrauch al-
 ler Orthen zuwieder ist. ic.

Thes. XIV

Ad hoc vero, ut fidem mereantur acta, utique
 requiritur, ut Actuarins propria manu actis actitata
 inscribat, & ab omni illegali abbreviatura & rasura
 sedulo sese abstineat. Ord. Cam. p. 1. t. 28. §. es sollen die
 Protonotarii. Ord. Proc. Sax. tit. 2. vers. daß ohnge Unter-
 scheid

scheid einer und der ander. *Ord. Cur. prov. Jenens. c. 7. §. 3.*
 Unde non poterit per amanuensem quicquam protocollo vel actis inscribere; imo nec per Assessorem, neque per judicem & consulem, etiamsi Notarius publicus sit, expediri possunt, quæ ad officium actuarii vel Notarii spectant, nisi forsitan conseruidine in loco aliquo aliud receptum, vel cognitio modicum concernat præjudicium, aut actus voluntariae jurisdictionis proponatur, vel absque figura judicii procedatur. *Carpz. d. Proc. t. 2. a. 4. n. 48. seqq. Berlich. p. concl. 8. n. 43. seq.* Non solum quia in actuario personæ industria electa est, ubi nequaquam quis alium substituere potest. *b. un. §. ne autem C. de caduc. toll.* verum etiam quia ob juramentum ab actuario præstitum vel præstandum, non æqua fides in substituto adesse poterit. *Martini. ad Ord. Proc Sax. t. 2. §. 2. n. 94. igitur talia acta ipso jure non substituuntur.* Neque voluntate partium aliud induci potest. *v. Fr. Vivius. Vol. 1. Decis. 48.* Si quidem iis, quæ ob favorem publicum introducta sunt, renunciari nequit. *I. jus publicum ff. de Paß. Philipp. add. t. 2. Ord. jud. Sax. Consid. 2. n. 7. seq. junct. n. 12. seq.* Quid vero obtineat, si Actuarius absit vel morbo detineatur? *infr. in contraria videbimus.* Hinc ut constet, quis auctor sit registraturæ ipsius nomen actis consignari debet, prout a Facultate juridica Witteb. responsum legimus ap. Martin. d. I. n. 74. *ibi. bey denen Registraturen aber / wer sie gemacht / jederzeit zu verzeichnen / und mag dieser mit dem blossen Nahmen der Stadt-Gerichte zu Ameberg kein Gnüge geschehen.*

De cætero id quod ejusmodi persona Actuarii judicialis scripsérít & registraverit ad acta, plenam habet fidem & robur, cap. quoniam. II. X. de probat ibique Fe- lin. n. 13. Rosbach. proc. civ. tit. 8. n. 4. Petr. Gregor. Tho- lofan. Symtag. jur. Univ. L. 47. c. 41. n. 13. Berlich. p. 1. concl. 8. n. 25. Philipp. d. l. n. 12. Et acta legitime facta in uno judicio probant etiam in alio. c. 15. X. de probat. Link. comm. Decretal. L. 2. t. 19. §. 3. in fine. Non tamen tanti ro- boris est fides registratur, quam consignavit Actuarius, quo minus contrarium probari possit, c. ad audi- entiam. X. de prescript. Dan. Moller. Comm. ad. constit. Sax. p. 2. const. 52. n. 4. & 6. Tantum quod non qualiscun- que ad hoc sufficiat probatio, sed liquida requiratur, clara & exacta, ut elidatur fides actorum. Moller. d. l. Et sane quamvis juramentum sit species legitimæ ac or- dinariae probationis, Rauchbar. p. 1. qu. II. n. 25. & quidem fortissima atque efficacissima l. 39. ff. de jurejur. contra quam alia nulla admitti potest, l. 13. §. 2. cod. A Faber. in. C. lib. 4. t. 1. d. 23. n. 3. ita ut vim rei judicatae habeat, l. 2. sub. fin. l. ult. §. 2. de jurejur. l. 56. de rej. quia tamen non est vera & ordinaria, sed saltē subsidiaria & pri- vilegiata probatio, Carpzov. p. 1. c. 16. d. II. n. 10. ideo ad infirmandam actorum & registratur, actuarii fidem juramento neutriquam locens dari potest. Dec. ad L. fi- Librarius. 92. ff. de R. J. n. 4. Moller. d. l. n. 9. seq. Berlich. d. concl. 8. n. 27. Sed quod si acta non existant in scriptis, an ideo eorum fides protinus corruet, an vero poterit veritas per testes probari? Evidem si acta jam ante- tea sint in scriptis consignata & postea 'deperdita', illa

301T

illa recte per testes probari posse, per c. quoniam n. X.
de probat. communiter affirmatur ap. Berlich. c. l. n. 29.
Quod si verò ejusmodi acta non sint in scripturam re-
dacta, tunc quidem per testes probari non posse, ali-
qui tradunt ap. eund. n. 30. Ipse tamen n. 31. cum
aliis contraria affirmativa tanquam veriorem am-
plectitur.

Thes. XVI.

Nón autem fides solum rerum in judicio gesta-
rum ab Actuariis dependet, ut ab his in dubio peti
debeat. Rennem. Ipr. R. G. m. 4. D. 4. b. 45. Sed etiam
causodia actorum iisdem incumbit, ut scil. eorum o-
mnium, quæ conscripsere, originalia in archivo (vid.
l. g. §. 6. ff. de pæn. ibid. Gothofred.) seu in judicii Scri-
nio & Camera conservent, ut, si super processu judi-
cii contentio suborta fuerit, per hoc possit veritas
declarari. Ord. Cur. Prov. Jenens. c. 7. ibi: die Gerichts-
Acta, documenta in fleißige Verwahrung halten. Ord.
Cam. p. 1. t. 28. §. ferner sezen / Et. 39. vers. auch Brieff
und Urfunden. Ordin. jud. summ. trib. Wismar. p. 1. t. 6.
§. 2. vers. Und an einen besondern Orte in dem archive
verwahren. Resol. Grav. Sax. de anno 1661, tit. von justitiensi-
Sachsen. §. 32. c. 11. §. statuimus. X. de probat. Carpzov.
de Proc. t. 3. a. 4. n. 42. seq. Rennem. d. 1. tb. 44. Bocer.
claff. 6. disp. 3. n. 61. Interim quamvis sine judicis spe-
ciali mandato judicij Scriba a litigatoribus libellos,
exceptiones, instrumenta &c. recipere possit; Non
tamen potest sine consensu judicis acta publicare, co-
piam illorum cum partibus vel aliis communicare,
Rennem. d. tb. 45. Bocer. d. 1. n. 62. Rosbach. prot. civ.

§ (22) §
tit. 8. n. 6. segg. Georg. Schulz. in *Synopsi judiciar.* §. 22.
Brunnem. ad l. 2. C. de. edend. n. 7. vid. Ord. jud. Saxon.
Gothan. p. 4. c. 12. §. 4. s. in verb. vielweniger ohne Vor.
bewußt jemand Abschrift der Aten geben. Simili ratione,
nec protocollum ostendere debet Actarius, nisi ad præ.
ceptum Judicis Dn. Stryk. *Dissert. de jur. Protocol.* c. 6. n. 56.

Thes. XVII.

Si non effectus, adjuncta certe sunt privilegia &
prærogativæ actuariis in jure concessæ; Si enim illi ad
instar Assessorum judicii immunes sunt a muneribus
civilibus, l. n. C. de excus. tur. Klock. Vol. 3. cons. 161. n. 2.
Mev. p. 3. Dec. 321. præfertim a muneribus personali-
bus. Brunnem. *Comm. ad L. 3. C. de canon. largit.* tit. 5.
l. 4. C. de Exaction. Deinde ad prærogativas actuarii
refertur, quod in concursu creditorum jus prælatio-
nis in petitione salarii residui eidem concessum lega-
mus ap. Carpz. p. 1. c. 28. d. 29. Mev. *ad jus Lubec.* lib. 3.
t. 1. art. II. n. 63. Dummodo in ædibus & convictu sui
Domini reperiatur. Carpz. d. 1. Ziegler. ad Ord. Proc.
jud. Sax. tit. 42. verb. welche Domestici. Quin & licet
in convictu debitoris non fuerit, tamen ratione spor-
tularum, quæ ipsi pro inventarii confectione, illorum
que laborum circa concursus processum susceptorum
intuitu debentur, eodem prælationis jure ipsum gau-
dere non dubitaverim: quia hæc pertinent zu denen
Inventirungs-Rosten. Beuther. de Prelat. Cred. p. 1. c. 26.
27. cum non ab similis ratio appearat in curatore bono-
rum, cuius salarium in prima classe collocat Moller.
ad const. Elec. Sax. 28. p. 1. n. 86. & Carpz. ad d. c. 28. d.
36. Et sic majori privilegio fruuntur Actuarius præ Ad-
voca-

vocatis, quos inter chirographarios collocat Carpz,
d. l. def. 30. & 4. Resp. n. Finkelth. obs. 98. Berlich. p. n.
concl. 64. n. 76. a quibus tamen dissentit Nicolai, Reso-
lut. pract. 18. Et Struvius Exerc. 44. b. 50. n. 3. cum Rich-
tero de Prlo. cred. c. 5. n. 36. saltem in quarta classe in-
ter personaliter tantum privilegiatos admittit Nota-
rios æque ac Advocatos & Procuratores : quo etiam
spectare videtur Prl. jud. Saxo Gotb. p. 1. c. 18. §. 10. vers.
ingleichen die Advocati, Procuratores, Notarii wegen ih-
res salarii. Tandem in eo quoque jure suo fruitur
Actuarios, quod acta litigatoris juste retinere possit,
donec de sportulis ipsis satisfactum fuerit ; nisi Rei-
publ. intersit, eadem exhiberi. Carpzov. p. 2. c. 25. d.
23. Idque non solum pro ejusdem, sed etiam pro al-
terius litis debito emolumento, uti judicatum refert
A Faber. in. Cod. Sab. lib. 3. tit. 2. def. 2. n. 10. ubi n. 2 seqq.
retentionem cessare vult in litigatore, egeno, ut tamen
hic judicis arbitrio cavere vel repromittere debeat gra-
phario, se soluturum ad tempus : atque hac natione tam
graphario quam litigatori consuli putat Faber d. def. 2.
In iheredi rebus vel etiam successorii singulari, cui is
creditum legavit, idem ius competere putant. Vid. Surd.
Consil. 183. n. 5. & dec. 50. n. 4. Martini ad Ord. Proc. Sax.
iii. 2. §. 2. n. 106. seqq.

Post consentanea Actuariofumi nunc etiam de-
contrariis illorum quedam dicenda veniunt, quæ ipsi
repugnant, vel in totum, vel in tantum. Evidem
morte illorum finiri eorundem officium, nullum ha-
bet dubium, quia mors omnia solvit. Nov. 22. c. 20.

205

pr. arg.

p. arg. §. 10. l.d. Mand. præsertim munera & officia
 publica, quæ etiam mors ciuilis solvit. arg. §. 3. Inſi.
 quib. mod. tut. fin. Resignare etiam pro lubitu eos pos-
 se officio suo, modo hoc fiat tempestive & citra fra-
 dem judicii, non ambigo. Quamvis enim eorum
 officium, dum durat, sit publicum; munus tamen tale
 publicum, ceu tutorum & curatorum, neutriquam
 est, quod inviti sustinere cogantur. Sed an vicissim
 iudex poterit pro lubitu dimittere seu removere Actua-
 riū ab officio, aliumque in locum ejus surrogare?
 Videtur quod sic, quia alias videretur contractus
 claudicare, dum, quod ministro licet, nempe Actua-
 riū, idem non licet domino principali seu judici.
 Præterea sicuti mandatario renunciate licet mandanti
 suscep̄tum mandatum, modo hoc fiat tempestive. §. 1.
 J. de mand. Ita non minus mandanti licet, etiam in-
 vitro mandatario, revocare suum mandatum. §. 9. J. cod.
 l. 12. §. 16. ff. mandat. Hisce vero non obstantibus con-
 trarium verius est, quod scil. Actarius, si officio suo
 bene fungatur, sine rationabili & legitimā causa remo-
 veri ac destitui nequeat, cum officium ejus sit perpe-
 tuum. Cævall. lib. 1. pract. qu. 425. n. 16. seqq. Martin. Com-
 ment. ad Ord. proc. Sax. tit. 2. §. 2. n. 105. neque procedit ar-
 gumentum a mandato desumptum; quippe quod est
 gratuitum, nec mandatarii interest illud revocari: ac
 præterea magna est differentia inter officialem &
 mandatarium. Hondeß. a. Conf. 9. n. 35. seq. Dn. de Lynker.
 p. 3. Dec. 1447. p. 467. maxime in eo, quod quilibet de-
 stitutio existimationem oneret, Grivell. decis. 60. adeo-
 que ne quidem Princeps justus temere officialem suum
 abs.

absque detecta perfidia removere debet. Myler. *de officiis. c. ult.* Naurath. *de Rationar. in addit. p. 303.* Dn. de Lynker. *p. 3. Dec. 1450. circ. fin.*

Thes. XIX.

In eantum vero obest actuario impedimentum, qub minus officio suo defungi possit, quale est morbus, absentia inevitabilis, & similia. Quo casu redit quæstio, cum ipse sua manu acta conscribere non valeat, an tunc eidem liceat per substitutum seu amanuensem negotium suum expedire, maxime in illis, quæ ipse scribere cœpit? Quamvis enim regulariter omnia sua manu inserere debeat, pér tradita supra: Nec facile Notarius, qui ita cœpit acta causa scribere, mutari debeat. Bald. *in L. 2. C. quomodo & quand. jud.* Quia tamen hoc casu necessitas non habet legem, neque ob impedimentum Actuarii, tanquam personæ accessoriæ, totum judicium dormire vel quiescere debet: ideo vices ipsius interim omnino committenda erunt alteri. Et quidem aliqui putant, hoc casu satis esse, si scripta ab alio substituto, postea subscripta fuerint ab actuario. vid. DD. ap Pacian. *de probat. L. 1. c. 65. n. 40.* Verum cum sola subscriptio fidem negotio dare nequeat, ubi id, quod scribendum, debet esse holographum; facile enim in scribendo errare potest alter, quod in relectione non protinus incrit oculos Actuarii: ideo DD. communiter non immerto extraneum ad Protocollum admittere nolunt, nisi eidem Actuarius cum consensu judicis partes suas demandaverit. vid. Berlich. *p. 1. concl. 8. n. 44.* Carpzov. *proc. tit. 2. art. 4. n. 48.* Imo ne quidem per Notarium

D

impe-

33 (26) 33

impeditum vel absentem, sed per judicem alium substitui debere, cum Alexand. in l. i. de offic. Cons. Bald. in L. Imperator. de statu homin. & in L. i. C. de sport. als serit Rosbach. proc. civ. tit. 8. n. 5. Hoc certe exigunt, ut judex in concessione insimul exprimat, ordinarium Actuarium fuisse impeditum. Felin. in. c. quoniam ii. n. 4. X. de probat. conf. Ord Cam. Imp. Wormat. de ao. 1521. tit. Ordnung des Cammer-Gerichts-Cantley. vers. und die durch keine andere Persohn. ic. Ord. cam. p. i. t. 28. §. 1. vers. mit Erlaubniss des Verwalters bestellen. Ord. Cur. Prov. Jenens. c. 7. §. sonst aber der Partheyen. vers. jes doch mag er in wehrenden ic. Coeterum si integra instrumenta, contractus, vel testamenta actis & Registris publicis sunt inferenda, propter multiplicitatem negotiorum, Actuarius ea recte per amanuensem, vel aliquum scribam expedire potest, dummodo is initium faciat, & nomen suum subscrivat. Berlich. d. concl. 8. n. 47.

Thes. XX.

Juratum desideravimus Actuarium *supra* tb. 5. & quatenus fides actorum ex postfacto juramento actuarii confirmari possit, dehinc ostendimus. Quod si vero morte præreptus fuerit actuarius, quo minus jurato ratificare possit acta? Hoc casu inutilia utique manebunt ab injuriato Notario peracta, atque præcedente oppositione seu exceptione, pronunciari solet: daß in der Sache nulliter verfahren. Schvvendend. ad Proc. fibig. p. m. 90. Quod si vero juratus fuerit Actuarius, & nihilominus negligens in administratione fuerit, vel ex imperitia quid deliquerit, veluti si aliud scri-

¶ (27) §

scribat, vel minus, quam dictum fuit a partibus, vel si scribat, quod non debebat, vel quid occultet, aut debita capitula omittat: tunc parti lata tenetur ad interesse. Hiltrop. proc. jud. p. 1. tit. 26. n. 19. Rosbach. proc. civ. tit. 8. n. 9. Berlich. p. 1. concl. 8. n. 37. seqq. Hinc ut tanto cautores fiant Notarii, in Electoratu Saxonico præterea cautum est, ut in processu dirigendo negligentes pro unoquoque actu illegali quinque florenos in poenam solvant. Resol. Grav. Elect. Sax. tit. von Justizien Sachen §. 32. ibi: in wiedrigen da ein und der ander Actuarium dieses alles nicht præcise in acht nehmen würde/ soll er jedesmahl so oft er diese unsere wohlgemeinte Ordnung übertritt/ 5. fl. Straffe zuerlegen verbunden seyn.

Thef. XXI.

In specie vero disquiri hic posset: An Actarius, qui injurias, calumnias & scommata ab alterutra parte litigante vel ejusdem Advocato dictitata in calamum excipit, nec eadem ab actis rejicit, a parte adversa injuriarum pariter, ac dictitans conveniri possit? Etenim injuriam nobis etiam mediante alia persona inferri posse, ita ut & persona intermedia injuriarum teneatur, constat ex L. II. pr. §. 3. & l. 15. 18. ff. de injur. l. 5. D. de accusat. conf. arg. l. un. C. defamof. libell. Carpz. p. 2. qv. cr. 96. n. 69. Evidem illo casu, quo convitiandi licentia Partibus permissa est, de quo vid. Martin. Comment. ad. Ord. jud. Sax. tit. 3. §. 1. n. 27. 28. 29. Berlich. i. concl. 9. n. 25. seq. Nicol. Process. p. 1. c. 6. n. 9. nec Actuarium teneri, facile colligendum est. Alias & ipsum teneri, per ea quæ de Advocato tradit uberiorius Carpz. l. 2. Resp. 62. vide-

ri poterat. Verum haftenus Actuarius ex necessitate officii conscribere tenetur, ubi cessat præsumtio animi injuriandi. arg. 1.5. §. 13. ff. de his qui indign. 1.2. C. de his qui accus. non poss. adeoque inter ipsum & advocatum, qui mandatarius spontaneus est, dispar est ratio: ideoque cum regulariter non teneri, autumo. Tutius tamen egerit, si quædam nimis acerba ipsi videantur, ut si ne prævio jussu judicis eadem neque ad acta recipiat, neque ab actis rejiciat, sed intra cancellos officii se contineat, Berlich. p. 1. concl. 8. n. 32. Jussu vero judicis ineptas rabularum positiones rejiciens, eisque, dum recipere præfacte recusant, wenn sie den Schatz nicht wollen von denen Aelten zu rück nehmen/ absurditatis notam obvertens, non protinus injuriarum conveniri debere, probabilius mihi videtur. conf. Mev. p. 2. Dec. 394. Zaunschliffer. de offic. jud. supplet. p. 2. concl. 17. §. 1. Ord. Cur. prov. Jen. c. 5. §. und ob wohl circa fin.

Thes. XVII.

Cæterum quæ tb. 20. dicta sunt de imperitia & culpa Notarii, quod exinde parti lata ad interesse tenetur, per ea, quæ tradit Mynsing. Schneidev. & alii DD. ad Inst. de obl. que ex qz. del. nase. ea limitanda veniunt, si actuarius errorem corrigat, antequam copiam det partibus, Socin. Conf. 94. vel etiam data jam copia, si inspecto suo exemplari se errasse animadverterit. Jafon. Vol. 1. conf. 28. consentiente tamen judge Menoch. lib. 2. præsumt. 79. n. 14. Beneckendorff. an Seraphin. de priv. juram. 42. n. 1. Imo etiam post publicationem, si parti pondum copia data sit 5. Bartol. in

L.

L. Imperator. ff. de stat. bom. Rosbach. proc. civ. tit. 8. n. 11.
Berlich. 1. concl. 8. n. 41. Et quidem tunc statur jura-
 mento Notarii vel actuarii, quod errorem in conti-
 nenti correxerit, Seraphin. *de privileg. juram. pr. 42. per*
tot. Denique an recusari possit actuarius tanquam
 suspectus? *infr. cap. 3.* videbimus.

Theſ. XXIII.

Hac de actuariis in genere dixisse ſufficiat.
 Cognati ſeu fines actuariorum ſunt alii Notarii publi-
 ci & Secretarii non judiciales. Quamvis enim Nota-
 rium & Secretarium, *sup. ib. 1.* inter Synonyma retule-
 rimus; nec tamen actuarii judiciorum & Secretarii
 in curiis revera ſunt Notarii publici tales, de quibus
 diſponit *Ordin. Imp. de 10. 1512. tit. von denen Notarien.*
 & quorum officium instruit potiſſimum Volkmann. *in*
art. Notariat. aliisque atque fides illorum tantum intra
terminos judicij illius concluditur. Jac. Bornit. de fid.
Inſtrum. L. 2. r. 13. Vicifim Notarii publ. officium non
 concernit actus certi judicij, ut Actuarii; Sic enim
 in camera Imperii Protonotarii ſatis diſcernuntur a
 Notariis Cameræ; vid. Blum. *Proc. Cam. tit. 13. 14.* atque
 immatriculati iterum ab aliis Notariis publicis non im-
 matriculatis. vid. Eund. *tit. 63. n. 37. seq.* Ita etiam Se-
 cretarii non omnes ſunt judiciales ſeu curiae, ſed varii
 generis, veluti *Legations-Secretarii*, *Rent-Secretarii*,
Steuer-Secretarii, *Floß-Secretarii*, *Opern- und andere In-*
nventions Secretarii, *Post-Secretarii*, & qui ſunt alii ejus-
 dem farina. Neq; hinc alieni videntur alii redditum pu-
 blicorum ſcribe, ut *Kammer-Schreiber* *Rent-Schreibey*/
Amtschreiber/*Gerichtsverwalther*/*Schöffer*/*Kornſchreiz*

(30)
ber / &c. vid. Schilter. *Dissert. de Secretar. c. 3.* & Sekendorff. in teutschen Fürsten-Staatpassim. Et sape non nulli titulo & nomine magis , quam officio & re Secretarii elogium affectant.

CAP. II.

DE

**EXPEDITIONE ACTVARII
CIRCA ACTVS VOLVNTARIÆ
JVRSIDCTIONIS.**

Thes. I.

Specialia quoad Actuarium munus obser-vanda veniunt, quatenus id occupatur vel circa negotia voluntarie jurisdictionis , vel in actibus contentioꝝ , civilis aut criminalis , jurisdictionis se exerit. In actibus voluntariae jurisdictionis queritur ; an opus sit actuari , num vero judex eadem negotia coram se expedienda registrare , instrumenta confidere , & sic Actuarii munere simul defungi possit ? Et quidem si Berlich. p. concl. 8. n. 84. ibi; vel sint acta voluntarie jurisdictionis , qualis est insinuatio testamentorum vel donationis , intuemur , indistincte hoc affirmandum esse videtur , quod scil. judex in iis Actuario carere , ipse que illius officium præstare possit. Quia judicis interventio solennitatis tantum & autoritatis gratia hic adhibetur ; modo judex coram se gesta propria manu libris

libris judicialibus fideliter inferat, vid. Philipp. ad Ord. Proc. Elec^{t.}. Sax. tit. 2. cons. 7. & ad Dec. Elec^{t.}. Sax. 39. obs. 1.
Quoniam vero d. Dec. 39. in f. testamentorum & donationum insinuationem diserte exceptit: ideo non potest affirmativa assertio simpliciter accipi. Distinguimus igitur juxta laud. Decis. Sax. inter actus ejusmodi, qui inter consentientes expeditiuntur, sine contradictione, quales sunt emtiones, venditiones, obligaciones, hereditatum divisiones, tutorum confirmations, amicabiles compositiones, & sim. in quibus Actuario non est opus: & inter actus istos, in quibus contradictione quadam cernitur, (qui tamen exinde non degenerant in jurisdictionem contentiosam, arg. d. Decis. verb. iuste auch die Sachen / so in Proces gedeyent oder sonstien contentiose jurisdictionis, seyn, vid. Philipp. ibid. Obs. 1. n. 42. Dn. de Lynker. Analec^{t.}. ad Strav. Exerc. ff. ad tit. de jurisdiction. b. 69. & comment. ff. d. t. § 3.) ubi omnino Actuarius juratus requiritur. d. Decis. 39. & Philipp. d. l. n. 44. Dn. de Lynker. Comment. ff. d. t. §. 5. Deinde distinguimus, an in actibus illis sublit periculum fraudis, quod ut plurimum circa testamenta & donationes contingere potest, Moller. ad Const. Elec^{t.}. 3. part. 3. n. 2. Philipp. d. l. n. 54. & ad Ord. Proc. tit. 2. cons. 7. n. 9. tunc enim Actuarius necessarius est; secus si metus iste cesseret. Tantem Actuarius requiritur, si actus isti concernant ipsum judicem seu dominium jurisdictionis. Philipp. d. obs. 1. n. 55. seqq.

Thef. II.

Cæterum actus voluntariae jurisdictionis alii concernunt jus personarum, ut manumissio servorum, adoptio,
&

& moribus nostris, unio prolium, tutoris datio vel confirmatio &c. Alii jus rerum respiciunt, quatenus negotia su scipiuntur, inter vivos aut mortis causa, ut testamenta. Quoad actus inter vivos principales, & in specie donationem, an & quatenus Actuarius adhiberi debeat? extb. preced. constat. Accessorius actus est hypotheca aut pignoris constitutio, quae si concernat bona immobilia, in foro Saxoni. & alibi locorum ad validitatem sui requirit consensum judicis & confirmationem judicialem. vid. Struv. Exere. 26.1b. 22. Ord. jud. Elect. Sax. 11. 46. § Ader unbewegliche Erb-Güter / ibique Martin. Comm. Ut vero oppignoratio dicatur judicialiter insinuata, opus est, non tantum ut illa fiat coram judge, sed infra super requiritur ut partes petant, eam ab Actuario publico & jurato actis publicis inscribi. Martini d. l. n. 77. seq. Judge vero ipsem et debitor, in bonis, qui ejus jurisdictioni subsunt, creditori suo hypothecam valide non constituit: nisi consensus superioris requisiverit, vel Notarium juratum. Scultetum & Scabinos suos paganos adhibuerit. Carpz. p. 2. c. 23. d. 6. n. 8, & 4. Resp. 31. Lauterbach. Dissert. de Volunt. jurisdictione, tb. 47. add. Decis. Elect. Sax. 38. ibique Philipp. observ. 1. Et hic obiter notamus, quod cuidam actuario, qui consensus super hypotheca judiciali datum in fraudem creditoris surripuerat, poena temporalis relegationis dictata fuerit. ap. Carpz. p. 2. qv. Crim. 93. n. 54.

Thes. III.

Præprimis vero in actibus ultimæ voluntatis seu in testamentis, actuarii officium probe considerandum venit.

venit. Quinvis enim testamentorum & ultimorum, voluntatum insinuationes sint meri actus voluntariae jurisdictionis. Bachov. *Comment. ad p. 1. Digest. tit. de jurisdictione. dñ. n. 2.* Carpz. p. 3. c. 3. d. 13. n. 3. seq. § 3. *Decis. 293.* Tamen ad excludendas fraudes eadem non nisi per actuarium expediri possunt. Philipp. *ad Dec. Elect. Sax. 39. obs. 1. n. 44. § 53.* Ut ut etiam. Carpz. p. 3. c. d. 32. validum esse putet testamentum judiciale, etiam Notarius judicii non adfuerit; eam tamen sententiam postea non nisi in casu necessitatis admisit potissimum Elector, Saxo in *Decis. noviss. 45.* nisi quod in fin. *ibid.* ad casus præteritos decisionem istam extendit nolit. Regulariter itaque persona actuarii omnino necessaria est Philipp. *ad. d. Decis. 45. Obs. 1. n. 48. seqq. ubi etiam n. 53. præjud. refert Add. Decis. 39.* ibique Philipp. *d. 1.* Quæ regula confirmatur in d. *Decis. 45.* per exceptionem illius casus, ubi periculum fuit in mora, ut Actuarii copia tam subito haberi non potuerit, modo judex, cui tale testamentum insinuatum fuit, de hoc periculo judicialiter attestetur, vid. Philipp. *ad. d. Dec. 45. obs. 2. n. 2. seq.* Et vicissim Judicis vel Scabinorum praesentia remittitur, atque solus Actuarius sufficit in eodem casu necessitatis, modo eidem exercitium jurisdictionis fuerit commissum, & ipse de mortis periculo testetur, vid. Philipp. *de. l. n. 9. seq.* Hæc tamen limitaciones regulæ sublimitandæ veniunt, si testator superixerit illud periculum moræ: tum enim defectus Actuarii, vel judicis aut Scabinorum adhuc suppleri debet, vid. elegantem casum ap. Dn. de Lynker. *Decis. 1217.* Limitatio vero Richteri *Decis. 30. n. 34.* de testamento

parentum, quod extra judicium conditum erat plane non pertinet ad regulam. Cæterum licet *cit. decif.* & Philipp. d. l. subinde mentionem faciant *actuarii juratis*; nihilominus tamen ICC. Jenensi in Decif. Lynker. d. p. 3. Dec. 1218, ultimam voluntatem coram Scabinis & actuario judicii, etiam non jurato, erectam validam pronunciarunt. (ibique obiter observamus, quod judicium ob negligentiam officii sui ad interesse conveniri possit.)

Thes. IV.

Conditur autem testamentum judiciale dupli modo, primo si testator ipse ultimam suam voluntatem judici pro tribunali sedenti, præsente actuario, scripto comprehensam vel ore tenus exponat; quam judex seu actuarius jussu judicis ad acta reponit, & non solum ipsi ultimæ voluntati inscribit, quod rite sit exhibita, sed etiam testatori breve testatum exhibetur, quod testamentum ad acta fuerit depositum. Struv. *Jpr. Lib. 2. tit. 4. 9.* Quo casu licet Finkelthusius *Obf. 63.* præter judicem ejusque actuarium exegerit scabinos; eam tamèn opinionem non solum Carpzovius *6. Reff. 12. & p. 3. c. 3. d. 15.* sed & ipse Elector. per d. *Decif. 45.* ibique Philipp. *Obf. 1.* satis refutavit. Deinde si forte propter morbum testator non possit ipse in loco judicij comparere, domi etiam coram personis judicialibus potest eodem fere modo voluntatem suam expōnere. Vid. Struv. d. l. tantum quod in Electoratu Saxon. hic non sufficiat judex vel Scabinus aum Actuario, sed præter Actuarium, unum vel alterum Scabinum judici adesse, vel duos Scabinos adhibendos esse velint, per d. *Dec.*

35 (35) 5

d. Decis. 45. & 73. ibique Philipp. Observ. Conferatur Berlich p. 3. concl. 4. & p. 1. Decis. 85. Richter. Dec. 30. Quamvis Struv. Exerc. 32. ib. 9. prober, de jure. communi solum judicem cum Actuario etiam hoc casu sufficere.

Thes. V.

Ceterum Actarius, cui ut plurimum committitur punctatio & conceptio testamenti, maxime praecavere studeat, quo omnes, quae circa ultimas voluntates facile contingere solent, evitentur fraudes; unde requirunt DD. ut testator in presentia Scabinorum testamentum suum antea compositum per Notarium regi cureret, per Conf. Imp. Maxim. I. d. anno 1512. von Notarien. rubr. von Testantienten. Berlich. d. p. 3. concl. 4 n. 19. Covarnuv. in c. relatum 11. X. de Testam. n. 16. Quid si vero testator coram judge vel Scabinis ad Schedulam se referat, qua haeredem nominatum dicit: an & illa resignanda & præleganda erit? Ia voluit Vultejus ap. Berlich. d. l. n. 24. Sed contraria verior est, quam defendit Berlich. d. l. n. 25. seqq. Richter. Decis. 30. n. 16. nisi testator Literarum rudis sit Carpz. p. 2. Decis. 149. Dn. de Lynker. analect. ff. lib. 28. pag. 308. in med.

Thes. VI.

Deinde cautus sit Actarius, ne protinus in testamento formam redigat, quicquid ad alterius interrogationem fuerit prolatum. Licet enim valeat voluntas, interroganti non suspecto, v. c. Scabino vel ipsi Actuario, qui non satis intellexit mentem testatoris, exposita, arg. l. 15. C. de testam. Tamen testamentum ægri Mariti ad interrogationem conjugis non valere,

legimus ap. Carpz. p. 3. c. 5. d. 6. ubi prejud. de ipso judice,
qui ad suggestionem uxoris roga verat. conf. Mev. 2. jhr.
Lub. tit. 1. art. 1. n. 37. pariter inutile habetur testamentum,
si quis illud absque jussu testatoris suscipiat, &
testatorem ex abrupto interroget, Richter p. 1. Decif.
27. n. 15. Mev. d. 1. n. 32 seqq. Quale exemplum legere
est ap. Dn. de Lynker. p. 3. Decif. 1461. maxime vero ejus-
modi interrogations suspecta habentur, si testatoria
agonē mortis fuerit constitutus, quod non minus ele-
ganti casu declaratur in laud. Decif. Lynker. d. p. 3. Decif.
1494.

Thes. VII.

Hoc denique pro emolumento Actuariorum in
hac materia ultimorum voluntatum observandum est,
quod licet alias ille, qui testamentum scribit, si ipse
sibi adscriperit legatum, vel ei, quem in potestate
habet, aut in cuius potestate est, non solum legato ca-
rere debeat, sed insuper in crimen falsi incidat, ac ex-
traordinarie puniri possit. 1. 6. 1. 10. pr. 1. 14. pr. ff. ad leg.
Corn. de falso. Ut ut jussu testatoris hoc fecerit, 1. 14. pr. 1. 15. d.
t. 1. 3. § 4. C. de his quisib. adscrib. in testam. Carpz. p. 3. c. 3.
d. 9. Nihilominus Actuarius in praesentia judicis & sca-
binorum suis in testamento recte quid adscribere potest
sicuti decimus legimus ap. D. de Lynker. p. 2. decif. 651.
Nec minus hoc actuarii commodum concernit, quod pro testamento conjugum reciproco, quia pro duplice
habetur, duplex quoque honorarium exigere possit.
Finkelthus. Obs. 90. n. 7. Carpz. p. 3. c. 7. D. 22. Sed haec
quidem de actibus voluntariae jurisdictionis quoad of-
ficium Actuarium sufficiant.

CAP.

BS (37) SE

C A P . I I I .
D E
**EXPEDITIONE ACTVARII
IN ACUIBVS JVRISDICTIONIS
CONTENTIOSÆ CIVILIS.**

Thes. I.

Vob causæ jurisdictionis contentiosæ non nisi adhibito Actuario jurato expediti, annotari & registrari debeat, ex supradictis constat, conf. Philipp. ad Dec. Elec. Sax. 39. observ. n. n. 37. ejusque expeditionem summatim traditur in cap. II. X. de prob. Nobis vero hac in parte paulo distinctius procedere convenier. Nimirum judicium civile considerandum est, tum in materia, eaque vel *subjectiva*, seu personis, vel *objectiva*, seu causa in judicium deducta; tum in *forma* seu ipso modo procedendi.

Thes. II.

Persona judicii principales sunt *Judex* & *partes litigantes*: accessoriæ seu adminiculantes inter ceteros a parte judicis, actuarii, a parte litigantium, Advocati, procuratores, &c. Dn. de Lynker. comment. ff. tit. de judic. §. 13. Sicut i vero alias varia est disquisitio de ipso judice vel accessoribus judicii, an & quatenus litigatoribus patrocinium advocando præstare possint? quam solide ac nervose exponit Dn. de Lynker d. l. tit de postulando §. 10. in med. pag. 445. quæ etiam suo mo-

E 3 do

do applicari possunt ad Actuarium, cui commissum est exercitium jurisdictionis. Ita de actuaris in specie videndum, an simul advocati vel procuratoris officium suscipere possint? Evidem Notarius non potest in causa, in qua confecti instrumentum, esse advocatus adv. illud. *Ord. Cam.* p. 1. tit. 39. §. Als sich auch ic. *Edit. Carl. V.* de 1548. nisi Notarius & Actuarius instrumentum confecisset iussu & nomine judicis, Gerichts haben, Schvendendorff. *Proc. Fibig.* p. 71. seqq. Imo cum nemo possit duobus dominis servire, quia aliae sunt partes judicis, cui adsistit actuarius, alia ratio litigatoris, cui patrocinatur Advocatus; neque possit non laesa farsi fides actorum, quorum Actuarius additus alterutri litigantium: Ideo Secretarii, Protonotarii, Actuarii haud dubie in illis causis, ubi acta dirigunt, prohibentur advocare; adeo, ut nec priuatim ore aut scripto litigantibus consilia praebere possint; etiamsi causa non sit eadem, sed eidem saltet connexa. Nam officii ratione & jurisjurandi religione, qua obstrictus est, persona media esse debet utrique parti l. 22. §. sed inter. C. ad L. *Corn.* de fals. c. in judiciis. 12. de R. I. in 6. Videatur omnino Martin. ad *Ord. jud. Sax.* tit. 3. *Rubr.* n. 61. seqq. An vero in alia instantia vel alio judicio is patrocinari possit? vid. eund. d. l. n. 65. seqq. Alios vero procuratores si quis ad acta constituere velit, id viva voce expediri potest, dum tamen Actuarius id consignet, & ad acta scribat, ne in litis processu ea de redubium moveatur, vid. *Ord. Cur. Prov. Jenens.* c. n. §. die mandata, ibi: welches dann der Protonotarius iedesmahl umb Nachrichtung willen gehörlich / jedoch aufs Fürste wird ob

wird zu registriren wissen. Carpz. proc. tit. 5. art. 1.n.1b.
Martin. ad Ord. jnd. Sax. tit. 7. §. 3. n. 38.

Thes. III.

Ratione *objetti* quari posset: an quis possit in propria causa saltem in foro Saxon. Actuarii munus exercere? Equidem de jure communi neminem in propria causa judicare posse, appetet ex Lun. C. ne quis in propria caus. jud. Sed moribus, ac statutis, praeferuntur Saxonici, receptum est, ut magistratus, v. c. Nobilis, subditos suos coram suis officialibus, scilicet *Gesrichten*, convenire possit in causa civili, modo Notarium judicio adhibeat, qui in praesentia subditorum juraverit. Dn. de Lynker. comment. ff. tit. de jud. §. 14. add. Martin. ad Ord. jnd. Sax. tit. 2. §. 2. n. 2. seqq. Verum quia in Actuario ipso cessat ratio illius juris recepti, atque illud, quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias, l. 14. seq. ff. de LL. Ideo tam de jure communi, quam de jure Saxon. afferendum esse censeo, Actuarium in propria causa non esse admittendum. arg. l. 10. ff. de testib. l. 10. C. eod. Ord. Crim. art. 25. vers. 3. um sechsten. & art. seq. Id quod etiam de aliis causis, ex quibus commodum pecuniarium gratiae, honoris, liberationis, it: quæ spectant ad coniunctos vel domesticos, &c. ob identitatem rationis in testibus privatis, obtinere putarem. vid. Lauterbach. Comp. ff. tit. de testib. p. 432. seq. Quid in causa quasi arresti Actuario incumbat? vid. Schwendendorff. Proc. p. m. 1174. & Keyser. in Arrest Procesß passim.

Thes. IV.

Formam judicij seu *Processum* si consideremus, concernunt alii actus cause *Disceptionem*, alii ejusdem

dem Decisionem per sententiam. Ibi inter ea, quæ judicium preparant, occurunt actus *substantiales*, ut sunt actionis editio seu *Lbelli oblatio*, cuius Præsentatum Actuarius consignare debet. vid. Martin. *Comment. ad Ord. jud. Sax. tit. 12. §. 2. n. 70.* & si alterius nomine libellus exhibeat, ab offerente legitimacionem exigere. *Resol. Grav. de anno 1661. tit. von Justitiæ Sachen §. 17.* Es sollen iederzeit tum & *Citatio*, quæ est fundamentum judicij. §. ult. *J. de pœ. tem. litig. Struv. Exerc. 5. tb. 10.* quam Protonotarii seu actuarii concipere & expedire, debent, vid. d. *Resol. Grav. c. l. 16.* als befehlen, secundum ea, quam tradit Nicolai *proc. p. 1. c. 3. n. 1.* & per tot. Hic tamen præ cæteris duo probe observet Actuarius: primo quoad conceptionem, ne terminum citationis conjiciat in diem feriatum, quo judicia quiescere debent; ut tamen præcipue attendenda sint feriæ loci judicij, non partium. vid. Martin. *Com. ad. Ord. jud. Sax. tit. 4. §. 1. n. 113. seq.* Secundo quoad executionem citationis caveat, ut relationem nuncii fideliter actis inscribat, & quidem ad finem originalis citationis. *Schv vendendörffer. proc. p. 1. c. 2. m. 3. p. m. 137. in fin.* quod omnes fere judiciorum ordinationes inculcant. vid. Martin. *d. l. n. 308.* idquæ non sine ratione, nim. ut sufficienter constet de facta insinuatione; adeoque omissa ista relatione citatus pro contumaci haberi nequit. vid. plur. ap. Eund. c. l. n. 309. seq. conf. Keyseri *Anweisung zum Hülffs-Proceß. c. 1. §. 9.* ubi etiam formulam relationis in casu insinuati monitorii refert. Alias vid. ap. Schv vendendörffer. *Proc. d. §. 3. in fin.*

Thef.

§§ (4) SE

Thef. V.

Dehinc actus preparatorii incidentes varii sunt,
vid. Dn. de Lynker. com. ff. de judic. §. 15. ex quibus hic
potissimum observanda est cautio & in foro Saxon.
usitata guarandæ præstatio, de qua vid. Nicol. proc. p.t.
c. 36. Berlich. p. 1. concl. 19. & Martin. comment. ad Ord.
jud. Sax. tit. 12. §. 9. Hic vero solum de officio Actua-
rii notandum venit, quod illa vel ipsi judici, vel a-
ctuario judicli præstanda sit, & quidem stipulata saltem
manu, Berlich. p. 1. concl. 19. n. 11. Martin. d. l. n. 13. atque ut de
eiusdem præstatione constet, oportet eam ab Actuario
in actis consignari. Carpz. p. 1. c. 2. m. 3. § 12. reg. 3. p. m. 477. Martin. d. l. n.
21. 22. Nicol. Proc. d. c. 36. n. 32. Idque præcipit disserte
Ord. Proc. Sax. tit. 12. in fin. Ord. Cur. prov. Jenens. c. 22. §.
da aber Kläger/ vers. dent Protovotario. Eadem fere
observanda sint quoad cautionem rati, vid. Berlich. p.
1. concl. 14. n. 68. seq. Nicol. Proc. p. 1. c. 7. n. 40. & c. 31. n. 7.
Carpz. proc. tit. 5. art. 6. n. 1. De aliis cautionum
modis, vid. Nicol. d. c. 36. & DD. ad. tit. 13. Ord. jud.
SAX.

Thef. VI.

Post illa, quæ judicium preparant, dispiciendum
quoque est de iis, quæ illud perficiunt; quod maxime
contingit perpositiones Advocatorum, durch das recht-
liche Verfahren und Einbringen und die abgewechselten
Gäse. Ubi in genere iterum monendum, quod A-
ctuarius registraturæ sua & positionibus non solum
tempus & personas, sed & locum annotare debeat,
quo constet, an in loco judicij, an extra judicium ali-

F

quid

quid peractum sit. Martini ad Ord. jud. Sax. tit. 2. §. 2. n. 69.
 maxime cum non solum in Electoratu Sax. sed etiam in
 aliis judiciis prohibitum sit, ne Actuarii positiones ju-
 ridicas, das rechtliche Einbringen/ in Advocatorum aedi-
 bus excipient. Resol. Grav. de anno 1661. iii. von Instiutien
 Sachen. §. 32. vers. und die rechtlichen Gesetze / jedesmahl
 in der Versetz- oder Gerichts-Stuben / nicht aber in der
 Advocaten Häuser einbringen / und binnen 7. Tagen zum
 Urtheil beschließen lassen. conf. Ord. Cur. Prov. Jenens. c.
 28. vers. und soll das versezgen. add. Edict. Elect. Sax. de
 dato den 23. Jun. 1663. ubi limitatio: Es wäre dann/
 daß einer oder der ander Unpäßigkeit halber nicht aus-
 gehen könnte / vid. Strauß. Difser. d. Actuar. §. 15.

Thes. VII.

Præsertim vero circa probationem diligentia A-
 ctuarii exigitur. Est quidem instar probationis, vel
 potius relevat a probatione, propria adversa partis
 confessio, modo accepta fuerit. Ut tamen effectum
 plene probationis habeat, inter alia requiritur, ut illa
 sit facta coram judice, vel personis ab ipso judice ad
 acta judicialia deputatis, Gerichts-Actuarien. vid. Nicol.
 proc. p. 1. c. 47. n. 6. Deinde probatio plerumque per-
 agitur instrumentis vel testibus? Et quidem ex instru-
 mentis potiorem fidem merentur publica, qualia sunt
 etiam acta judicialia, ubi itidem inter alia requiritur,
 ut per Notarium actis deputatum, geschworenen Gerichts-
 actuarium sint scripta. Nicol. d. n. 6. Non vero probant
 instrumenta, præsertim privata, nisi ab eo, contra-
 quem producuntur, fuerint recognita, & quidem re-
 gulariter in loco judicii; nisi recognoscentes sint fe-
 minæ

minæ honestiores, sc̄nes, valetudinarii, illustres, &
alii c̄gregiæ personæ, ad quas Notarius judicij cum
quibusdam Assessoribus mittitur, ac coram iis recogni-
tio expeditur, vid. Carpz. 3. Resp. 8. n. 4. & Proc. tit. 14. art.
2. n. 85. seq. it. p. 3. Dec. 235. n. 9. seq. & p. 1. c. 17. d. 17 n. 5. Berlich.
p. 1. concil. 44. n. 4. seq. Nicol. proc. p. 1. c. 53. n. 8. Martin. ad
Ord. jud. Sax. tit. 25. n. 66. seq. Denique licet alias copiæ
documentorum recognosci non debeant, secūs tamen
est, si subscriptione Actuarii fuerint confirmata. Carpz.
3. Resp. 81. & 3. Dec. 236. Nicol. proc. p. 1. c. 53. n. 7. saltem
quod executive ex illis agi non possit. Carpz. d. Dec. 236
add. Dni. Born. ad Jndv. jus. jud. Disp. 1. b. 52. lit. f.

Thes. VIII.

In probatione per testes satis instruit Actuarium
Nicol. proc. p. 1. c. 61. Hic vero illud tantum anno-
tamus, quod in Examine testium, quod s̄pē Actua-
rio committi solet, vid. Carpz. 3. Resp. 87. n. 2. seqq.
Actarius æque ut judex recusari possit propter suspi-
cionem. Alexand. conf. io4. n. 2. Lanfranc. ad c. quoniam.
de probat. Si autem is injustæ recuserit, habet injuria-
rum actionem. Rosbach. proc. civ. tit. 8. n. 12. Quod dis-
putationes attestacionum attinet, ea quidem in scri-
ptis, reciprocis positionibus duabus, per fatalia sex
septimanarum, fieri & absolvī debent. vid. Ord. jud.
Sax. tit. 29. §. 1. ibique Martini Comment. Quod fatale
currere incipit a tempore & momento insinuaræ ex-
ceptionis, duplicæ, replicæ, &c. vid. d. tit. 29. §. nach dem
es auch. Schvvendentörffer. proc. p. 1. c. 2. m. 3. §. 15. p. m. 663.
Diligenter itaque Actuarii insinuationem in actis con-
signare debent, ut si forsitan circa fatale dubium mo-

veatur, id ex consignatione decidi queat. *Resol. Gran.*
Sax. de anno 1661. tit. von Justitien Sachen / §. da sie auch
23. Ord. jud. Gotban. p. 1. c. 10. §. 46. Martin. d. 1. §. 4 n. 5.
Quamobrem potentissimus Elector, d. t. 29. §. damit
anch dñe Actuarii, constituit, ut Actuariis copiales utri-
usque exemplaris positionum, pro dimidia parte juxta
numerum foliorum, qua, num inter se convenienter,
conferri jubentur, exsolvantur.

Thes. IX. Disceptationem causæ consequitur ejusdem de-
 cisio per sententiam, quam ipse quidem judex, si ye-
 lit, concipere potest; plerumque tamen tuiorem viam
 eligere, atque transmittere acta ad collegium pruden-
 tum confidere. vid. Rennem. *integr. Tr. de transmis-
 sion. actor.* Imo in certis causis necessario transmissio-
 nista exigitur, veluti in criminalibus, *Ord. Crim. art. ult.*
 item causa hoc modo delegata. ut in ea peratur juris
 informatio, Nicol. *proc. p. 1. cap. 66. n. u.* Sic etiam licet
 domini jurisdictiones subditos suos in propria causa
 in judicio conuenire possint, modo hoc fiat Actuario
 jurato exhibito, vid. *Ord. jud. Sax. tit 2. §. ult.* Ipsi
 tamen officiales & praetores non debent sere feten-
 tiam, sed JCti extranei. vid. Martin. *ad d. §. ult. n. ii.*
seqq. Quid vero circa inrotationem & transmissio-
 nem Actorum incumbat Actuario? ex Doctoribus pro-
 cessuum discendum est. vid. Brunnem *proc. civ. cap. 27.*
 Nicol. *d. c. 60. ibique cit.* Quod si vero ipse judex con-
 cipiatur decretum, menner einen Bescheid ertheilet / per
 Notarium seu actuarium judicij illud actis consignari
 debet, quo deinceps de eo exactius constare possit.
 vid.

35 (45) S

vid. Martin. *Comment. ad Ord. Proc. Sax. tit. 34. §. 1.*
n. 161. seqq. *post unio[n]em non a missione sicut o[ri]ginalis*
129. *inventio et iurisdictio* *Thes. X.*
130. *Sententia probe concepte partibus litigantibus*
legitime est publicanda, & quidem de jure civili re-
gulariter ab ipsomet judice, t. t. C. sent. ex brev. recit.
Umm. *ad proc. Disp. 19. tb. 9. n. 40.* Brunnem. *Proc.*
Civ. r. 27. n. 46. Nisi sit illustris, vel illustri admini-
stratione fungens, Brunnem. *ad L. 2. c. d. t.* Imo
hodie in inferioribus judiciis omnis publicatio sen-
tentiarum per Secretarios vel Actuarios judicij fieri
solet. vid. Struv. *Exercit. 44. ff. tb. 5.* Perez. *in Cod. d. t. n. 5.*
Id quod ad splendorem judicis pertinere videtur, &
diuturna observantia justificatur, vid. Martini *Comment.*
ad Ord. jud. Sax. tit. 34. §. 1. n. 199. seqq. Cavendum vero
est ne per neglectum publicationis Secretarii vel actu-
arii vitium nullitatis committant, sed diem & horam
sententiae latæ, item in quorum præsentia publicatio
facta, accurate in actis annotent, vid. *Ord. jud. Sax. d. tit.*
34. *Ord. appellat. Dresdens de anno 1605. tit. von publici-*
rung der Urthel. §. Es solten auch *Ord. jud. Sax. Gotb. p.*
1. c. 12. §. 5. & p. 4.c. 12. §. 8. *Ord. Cur. prov. Jenensi. c. 7. §. Son-*
sten aber. Carpz. 3. Res. 114. n. 19. & in Proc. tit. 16. art. 3. n. 8.
sqq. Martin. d.l.n. 235 seqq. Neque temere responsum
a collegio juridico petitum Actuarius privatum ante
actum publicationis resignet. *Ord. jud. Saxo-Gothan. d. §.*
§. & d. c. 12. §. 7. quamvis ob hoc sententia postea pu-
blicata non invalidetur. vid. Carpz. p. 3. Dec. 243. per.
tot.

F 3

Thes.

Cap

Sententia publicata non protinus acquiescunt litigantes, sed plerumque qua gravatam se sentit, per remedia suspensiva & devolutiva, veluti leuterationem, appellationem, & sim. vires rei judicatae impediunt. Ut igitur de validitate Leuterationis interpositae constet, iudex vel Actuarius horam ac momentum interpositionis, h. m. pres. die 11. Aug. 1702. hor. 4. pomerid. in actis consignare debet. Martin. Comment. ad tit. 35. Ord. jud. Sax. n. 22. Schv vendendörffer. Proc. Fibig. c. 2. m. 3. §. 19. reg. 2. p. m. 834. Quod vel maxime in oblata schedula appellationis a Notario seu actuariis iudicium observandum. Mindan. de Processu tit. 1. c. 7. n. 1. Merv. p. 1. Dec. 257. Carpz. 3. Resp. 11. 4. n. 18. & in Proc. tit. 18. art. 3. n. 38. seqq. Sed haec quidem in praesentiarum sufficiente contentiose jurisdictione civili annotasse; cum alias nihil fere circa processum occurtere possit, cuius notitia ab Actuario, qui processum legaliter dirigere debet, non possit defiderari.

CAP

C A P . IV .
DE

MVNERE ET EXPEDITIONE
ACTVARII IN CAVSIS CONTENTIO-
SÆ JVRISDICTIONIS CRI-
MINALIS.

Thes. I.

 Atissimus dicendi campus, si percurrenti tempus vacaret, hic aperiretur, cum non solum ipsa Nemesis Carolina per plures articulos veluti art. 5. 15. inf. 47. 181. 182. 183. 184. seqq. Sed & commentatores ad eandem, ceterique criminum jurium Doctores officium Actuarii in multis instruant. vid. Georg. Keyser's Anweisung zum Inquisition und Achts-Proces, p. 1. c. 2. §. 13. seqq. & passim. Verum ne excrescentis dissertationis metas transgredi videamur, notabiliora tantum hic primis quasi labris degustabimus; id saltem obiter quoad rubricam hujus capituli monentes, quod criminalem jurisdictionem contentiosam dicamus, ex usu hodierno loquendi, vid. Lauterbach. *Dissert. de juriſdič. voluntar.* tb. 32. Hillig. lib. 17. D. E. c. 8. ht. Philipp. *ad Decif. Elecſ. Sax* 39. Oſſ. 3. n. 39. Nam jus Rom. jurisdictionem in specie tam contentiosam, quam voluntariam, discernit a mero imperio.

(48)

imperio. vid. Struy. Exerc. 4 tb. 51. & 63. ibique Dn. de
Lynker. analett.

Thef. II.

Cause itaque criminales, cum referantur ad causas contentiose jurisdictionis, non nisi adhibito Actuario expediri possunt. Philipp. ad Dec. Elect. Sax. 32. obs. 1 n. 38. seqq. Quamvis autem in civilibus sufficiat, Actuarium legalem & qualificatum esse juratum, neque requiratur praeceps, ut sit Notarius publicus cæsareus, per tradita supr. cap. 1. tb. 5. Quia tamen in criminalibus majori cautela, circumspetione & sagacitate opus est, quippe quod ibidem non de lana caprima vel grande legenda, sed de sanguine humano plerumque agatur: Ideo in causis criminalibus tractandis requiritur, ut adhibeatur Actarius, non solum iuramento, (cujus formulam vid. in Ord. Cr. art. 5. ibique Clasen.) obstrictus, sed etiam qui simul sit Notarius cæsareus solenniter creatus, vel eidem adjungatur, qui auctoritate Caesaris tale officium adeptus est. vid. Decis Elector. Sax. 38. §. Jedoch ist solches. ibique Philipp. Obs. 2. Et quamvis Ordin. Crim. Caroli V. art. 1. contrarium assertere videatur, Martin. comment. ad Ord. jud. Sax. tit. 2. t. 2. n. 23. dicta tamen Decis. Sax. diserte ad Const. Crim. provocat, sed & obseruantia judiciorum eandem ita accipit atque confirmat. Carterum si actuarius judicii forte impediatur dirigere processum criminalēm, ad iusto Notario ejusdem expeditio committi potest, ut tamen idem, præter iuramentum jam presulatum novo iuramento specialiter actis obstringatur. d. Dec. 38. Philipp. Obs. 2. n. 54. Rei ser. Anweisung um I. qualif. Process. c. 2. §. 16. n. 6.

Thef.

Proceditur vero in criminalibus duobus modis, primo per *accusationem*, secundo per *inquisitionem* vid. Struv. *Jpr. l. 4. tit 21. apb. 1.* Keyser *Anweisung zum Inquisition und Achtz. Proces.* p. 1.c. 4. §. 1 Nam *denuncia-* *tio*, si magistratum & ordinem procedendi respicias, ab *inquisitione* revera non differt; sed solum in locum *diffamationis* Judici viam ad inquirendum aperit. vid. Dn. de Lynker *analect.* ff. p. 474. Unde actuario injungitur per *Ord. Crim. art 188.* ut subinde annotet, an ex officio contra delinquentem *inquisitio* instituta sit, an per *delationem*; aut *accusationem* judex fuerit requisitus. Utrobique vero Actuarius in *praesentia* judicis & assessorum omnia fideliter ad acta conscribere debet, Martin. *Comment. ad Ord. jud. Sax. tit. 2. §. 2.n.91.* & quidem plenissime & ipsissima verba delinquentium, aut testium, id d. l. n. 83. *Ord. Crim. art. 181. seq. ibi-* que Clasen. vid. omnino Keyser. d. l. c. 2. §. 16. n. 4. omnesque registraturas & consignaciones suo prænomine & cognomine subscrivat. Id d. l. n. 5. conf. Brunnem. *pro-* *cœf. inquis. c. 8. m. 2.* ubi inter alia n. 73. dicit, judices & Notarios, qui verba testium immutant, diabolice agere ac crimen falsi committere, sanguinem humanum sitire & turpia luera anhelare. &c.

In specie vero circa processum accusatorium, & in eo factam litis contestationem, quoad accusatorem injungitur actuario, in d. art. 181. *Ord. Crim.* ut protocollo suo fideliter inserat (1) *accusationem ipsam,*

antequam ipse cautionem , de qua in artic. 12. agitur,
 præstiterit. (2) Accusatoris incarcerationem,(3) ipsam
 cautionem præstitam & modum satisdandi , juxta d. art.
 12. & art. 14. Quidam accusatum incumbit Actuario
 juxta artic. 182. ut ejusdem accusationem ante torturam
 datum responsum seu litis contestationem annotet,cu-
 jus consignationis modus in eo consistit, ut fiat statim
 1) post accusationem, 2) adjecto tempore. 3) notata
 præsentia eorum, qui actui interfuerere, 4) subscriptio
 nomine proprio & cognomine Actuarii. vid. Clasen. ad
 d. art. 182.

Thes. V.

Quod si igitur reus item negative contestatus
 fuerit, tunc accusatori incumbit probatio, ubi itidem
 juxta Ord. Crim. art. 183. Actarius indicia (de quibus
 art. 18. & 19.) & probationes , quas accusator contra
 reum negantem habet & deducit, diligentissime actis
 adscribere debet. Cum primis autem Actarius hic
 notabit 1.) genera indiciorum, an sint generalia vel spe-
 cialia , remota vel proxima, &c. 2.) an ea legitime
 probata sint? juxta art. 23. & 30. Modus vero con-
 scribendi hic itidem in eo consistit, ut omnia & sin-
 gula , distincte , cum notatione temporis, & appositi-
 one nominis eorum, qui præsentes fuere; ut & sub-
 scriptione sui nominis fiant. Vid. Clasen. ad d. art. 183.
 Sed ad hanc reus non protinus condemnari poterit,
 sed ipse placide vel cum comminatione torturæ ad
 confitendum delictum, aut ad deducendam innocentiam
 suam admonendus est, Vid. Ord. Cr. art. 46.47. At-
 que hæc quomodo peracta fuerint? itidem ab Actu-
 ario

35 (51) 36

ario annotanda sunt, per art. 184. ibique Clasen.
Thes. VI.

Videlicet defensio rei adeo favorabilis est, ut etiam judex ex officio pro eadem laborare debeat, Carpz. p. 1. qv. cr. 33. n. 8. & 9. & p. 2. qu. 59. n. 37. & nihil admissendum, quod eandem impedit. Unde etiam aditum habere debet Advocatus ad reum, per Ord. Cr. art. 73. scil. ut eo melius tum quoad testimonia personas, tum quoad eorum dicta se informare possit. Non tamen ut reum ad abnegandum delictum instiger, vel alias justam delictorum poenam impedit: de cuiusmodi rabulis, vid. Carpz. p. 3. qv. cr. 115. n. 88. seqq. Et ideo in quibusdam judiciis judex non permittrit advocate, ut solus cum reo loquatur, sed ut communicet cum ipso in praesentia Actuarii, vid. Blumlacher. add. art. 73. n. 1. Clasen. ibid. n. 4. Et ita vult Ordinat. Baev. var. tit. 6. art. 1. Quam sententiam deducunt ex L. 12 ff. de publ. jud. Verum enim vero non semper eo rigore utendum est, ne ipsam defensionis libertatem, per hoc nimium restringamus; maxime cum Imperator in d. art. 73. hoc non determinaverit; vid. Zieriz. ad d. art. 35. cui adstipulantur Mantzius, Clasenius Blumlacherus, ad d. art. it. Dn. de Lynker. Comment. ff. tit. de postuland. §. 14.

Thes. VII.

Quod si indicia per defensionem non fuerint clisa, abolitionem haud quidem protinus expectabit reus, neque tamen condemnari poterit, qui non est probationibus luce meridiana clarioribus convictus, l.f. C. de probat. Sed quandoque propria delinquentis

confessio per corporis cruciatus extorquenda est; quæ tortura præsente judge, ad minimum duobus affessoribus & Actuario fieri debet. *Ord. Crim. art. 46. inf. & art. 47.* Ubi Actuario incumbit consignare protocollo suo non solum modum, durationem, & totum actum torturæ, vid. Blumlacher. *ad. art. 58. Ord. Crim. n. 13.* Sed etiam rei confessionem vel pernegationem sub tortura factam, *Ord. Crim. art. 185.* non quidem dum adhuc sub tormentis hæret, sed ad interrogacionem post relaxationem tortura factam. Quæ quidem interrogatio non debet nimis specialiter fieri, ne potius suggestio sit, quam interrogatio. vid. *I. I. §. 21. ff. de question. ibique D.D.* Annotabit autem Actarius, 1) confessionem rei sub tortura factam, iisdem verbis, prout ore confitentis excidunt, 2) quæ reus ulterius indicat, & ad facti veritatem facere queunt. 3) nunquid in rei veritate ea omnia ita reperiantur, prout reus confessus est. vid. Clasen. *ad. d. art. 185.*

Thes. VIII.

Quando reus perseverando in negatione, indicia purgaverit, eum absolvvi debere, & quidem definitivæ, communis est Doctorum sententia. vid. Carp. *gv. Cr. 125. n. 14.* Lauterb *Comp. ff. pag. 712.* Theodoric. *Colleg. Crim. Disp. g. tb. II. lit. D. Ord. Crim. art. 61.* Nihilominus Imp. Carolus V. per art 186. instruit Actarium, quod reo accusationem constanter negante, accusatore autem ad probationem se se offerente, tum, quantum in isto judicio ea de re agi convenit, illud diligenter annotare debeat: Etsi a Magistratu constituantur commissarii, nihilominus quod coram ipsis tractatur,

tur, protocollo inferendum sit. Quod quidem paradoxon videri poterat; nisi dices, imperatorem loqui de probatione ante torturam suscipienda: quod tamen non probatur ex ordine seu serie articulorum, & tautologiam cum art. 183. argueret. Itaque Clasenius in exegesi ad d. art. 186. casum exceptum a regula fingit. Et sane Carolum non loqui de probatione ab accusatore suscipienda ante torturam, ex constante eodem ordine, qui in art. 61. & 62. Ord. Cr. reperitur, colligendum est; quo etiam collimare videtur d. art. 186. Unde conferenda hic sunt, quæ tradit Blumach Clasenius, cæterique commentatores, ad d. art. 62.

Thes. IX.

Porro in art. 187. exponitur, quodnam sit officium actuarii, cum reus quidem fatetur delictum, sed tales adducit exceptiones, quæ si probari possint, eum a reatu & poena liberare queant. Tum enim illud cum instrumentis & testimoniis productis, probationibus perfectis, nec non facta inquisitione in omnes delicti accusati circumstantias juxta prædictum modum actis fideliter inferet. Addita tamen limitatione: quatenus in illo quidem judicio, ubi causa isthac tractatur, agere liceat. Scilicet judicia quædam in criminalibus restrictam habent jurisdictionem, quam si excedant, actus pro nullo hubetur, licet in protocollo judicii fuerit descriptus. Cæterum d. art. 187. ex art. 74. & art. 151. interpretari posse putamus, adhibitis commentatoribus *ibid.*

Thes. X.

Quemadmodum vero etiam per modum inquisitionis

tionis animadverti potest in facinorosos ; ita Carolus Imperator in art. 188. summatim instruit Actuarii officium , quod & hic auctorum diligentem conscriptiōnem curare debeat. Zieriz. b. Præfertim quid ad articulos inquisitionales , seu probatoriales responderit reus , Clasen. d. art. Id quod in art. 189. cum superioribus quasi per recapitulationem iterum iterumque Actuariorum inculcatur , quando præcipitur accurata protocolli confessio , ejusque diligens custodia in scriniis publicis judicii , ut & constans actitatorum reticentia . vid. supr. tb. 2. add. Clasen. Exegef. ad. d. art. 189.

Thes. XI.

Tandem si reus delicti convictus fuerit per probationem aut propriam confessionem , sententia definitiva sequitur , qua delinquens ad promeritam condemnatur poenam. Unde etiam admonetur Actuarius per Ord. Cr. art. 190. quomodo concipienda sit condemnatoria , ut ea postmodum in judicio capitali publico ex periculo recitari ac prælegi possit. vid. Clasen. Exegef. ad d. art. 190. Respicit vero d. art. ad art. 94. & 104. Ex quibus , ut & commentatoribus ad dd. txx. illustratio perenda est. conf. art. 196. ibique Clasen. Ceterum monet Zierizius ad d. art. 190. quod hodierno iudiciorum criminalium usu magis haec ad informatiōnem Actuarii in dicasteriis & scabinatibus , quam actuarii iudiciorum , ubi causa ipsa criminales ventilantur & forum fortuntur , pertineant: præfertim vero nostris moribus , ubi assessori iudicij sententiam a prudentibus latam orenenus dictitat , mutatis tamen mutandis. Quare etiam hac in parte compilatorum si non

non oscitantia, at confusa tamen tradendi ratio ani-
madverti debet. Hæc Zieriz. admonet vero in specie
art. 191. quod in sententiis concipiendis Actuarius no-
men delinquentis & qualitatem delicti exprimere te-
neatur. Exemplum seu formulam sententia concipi-
endæ exhibet Clasenius *ad art. 192.* conf. *art. 197.* ibique
Zieriz. *art. 196.* ibique Clasen. Quod vero de sententia
condemnatoria monuit *art. 191.* idem in sententia ab-
solutoria observari vult, *art. 200.*

Thes. XII.

Quod reliquum est, si Actuarius satis assequi non
potest ex his, quæ distincte fuere tradita, quomodo in
causis capitalibus acta conscribi, & sententia formari
debeant, judicis vel magistratus sui, si qua de re du-
bitaverit, consilium exquirat. Quod si nec illi rem sa-
tis explicare possint, ad Prudentum oracula recurren-
dum erit, *Ord. Crim. art. 103.* Sportulas quod attinet
Actuarii in causis criminalibus, iuxta *Ord. Crim. art. 204.*
non debet accusator eas erogare, sed judex e publico
illas persolvere tenetur. De distinctione, an reus pro-
meruerit pœnam corporis afflictivam, vel secus: quæ
moribus observatur, vid. Clasen. *ad d. art. 204.*

Thes. XIII.

Hæc de Actuarii munere, quando delinquens fue-
rit reprehensus. Quandoque tamen rei quarunt secu-
ritatem in fuga, ubi judex illorum bona in præsentia
cognitorum annotare solet, idque adhibito Actuario
jurato, qui jussu judicis istum annotandi actum perfi-
cere, & te singulis justum & legale inventarium con-
ficeret tenetur. Quod etiam ob scribentis juramentum
plenam

¶§ (56) §

plenam meretur fidem. vid. Ord. Cr. art. 206. ibique Clasen, p. 719. in fin. Quid vero in Processu bannitorio ab Actuario sit observandum? sufficienter disci poterit ex Keyseri Anweisung zum Achtz-Proces;

Et hæc quidem pro instituti ratione & ingenii
modulo de Actuariorum officio dicta
funto!

SOLI DEO GLORIA.



00 A 6348

ULB Halle
002 927 950

3



58

VD 18

V3-17
Retro ✓

DISS

OFI

E

SERE

DN.

DVCE

EX

IL

Dn.

CONSI

CVRI

CV

Summos in

ad d. 19.

CH

I

Farbkarte #13


Cyan.

Yellow


Red

Magenta

Black



B.I.G.



NAVGVRALIS

TVARII

MAGN

VVENTVTIS

HEREDE

JENRICO

MONTIVM, AN-

VE &c.

RVM ORDINIS

LANA

ENTISSIMO

Gildvogel JC.

CENSIS INTIMO,

NEC NON FA-

GRAVISSIMO

ERRIMO

A

gia DOCTORALIA

I

orum disquisitioni

Keppler

super.

IS.

